

Sit tibi conjugii nox prima novissima vix,
Eupolis ut perit, & nova nuptia modo.
 A Diogenes, cum secundam duxisset uxorem, prima nocte thalami ruina cum sponsa perit. *Vide Apollonid. in 1. Græcorum Epigr. armatum.*

Apud Chios paulo ante cladem à Persis acceptam, domus centum viginti Pueros literas discentes ruina interemit, uno tantum excepto. *Herod. lib. 6.*

Athenaus è Seleucia Cilicia, philosophus Peripateticus doctissimus, Augusti tempore, à ruina domus, ubi habitabat, Romæ oppressus est. *Serab. lib. 14.*

Joannes XXII. Pontifex, pollicebatur sibi longam vitam, & diu se victurum omnibus prædicabat. Interea camera nova, quam in palatio Viterbiensi extruxerat, subito corruit. Ipse inter ligna, & lapides inventus, septima die post, acceptis omnibus Ecclesiæ sacramentis, Pontificatus sui mens octavo mortuus est, & Viterbi sepultus. *Platina, & Fulg. lib. 9. cap. 12.*

Bela I. Ungarorum Rex tertio regni sui anno, ad Demes oppidum ex ruina camera, ægrotare cepit. Ad Canisum fluvium, succollantibus prætorianis militibus, delatus, vite diem clausit. *Bonfin. lib. 2. Dec. 2. & Crom. lib. 3.*

Ludovicus, frater Guilelmi de Misna Marchionis, Archiepiscopus Magdeburgensis, in oppidum Calven multos suorum militum evocavit, cum uxoribus, & filiabus diem festum cum fuis acturus Pontifice. Prætorium, quod erat in oppido spaciosum, illis sibus instructum desumpserat ad docendas choreas. Ducebant in gymnasium, & ridiculam choream; cum immenso pondere victa domus subsidere inciperet, crepitum grandem præmittens. Archiepiscopus apprehendens manu, quæ proxima stabat, dominam, gradus inter primos abitus petivit. Quos ubi attingit, miserabili ruina extinguitur cum multis. *Cranz. lib. 10. Sax. c. 4. & lib. 10. Metrop. c. 23.*

Bruno Episcopus Herbipolentis, cum apud Cæsarem Henricum Nigrum in Austria arce Bolenburgo, an. Christ. 1045. cœnaret, cum aliis principibus, ruina cœnaculi oppressus post septem dies expiravit. Cæsar Henricus miraculosè inter postes fenestram salvus, & illæsus conservatus est. *Bruseb. in Episcop. German.*

Florentinus Monachus, & presbyter, singularis persecutor, & odor B. Benedicti, cum septem puellas nudas, in horto Cœnobii jussisset cantare, & ludere, ut hac ratione Monachi accenderent amore erga eas, repente pavimento collapsu elisus perit. *Vincenz. lib. 21. c. 46. & Leo Hofstiensis lib. 5. c. 1. & Greg. lib. 2. Dialog.*

Syrii prælio victi ab Achab Rege Israelitarum, cum in urbem Aphecam fugissent, eorum viginti septem millia collapsio muro oppressa sunt, cum in acie centum millia cecidissent. *3. Reg. c. 20.*

Joann. Britannie Dux, Lugduni ruina muri oppressus est, cum multis aliis, dum pompa coronationis Clem. V. Pontificis per urbem ducitur. Philippus quoque Rex ea ruina aliqua ex parte debilitatus est. Pontifex autem in tanta trepidatione ex equo deturbatus, solum carbunculum ex ciara amisit, precii aureorum sex millium, ut quidam scribunt. *Platina.*

Statue.
Vide Locum, Mortis instrumenta, quæ extra corpus, subsunt, Statue.
Apri capitis.

D Erat Venator in regione, quæ dicitur Andagathia, solitus antea corum, quæ ceperat, capta, ac pedes Diane dicata arboribus asserere. At cum aprum ingentem cepisset, contempta dea ait, se caput solum dicaturum: arborique cuiuspiam suspensio, cum meridianum estum devians, lob arboris quævisset, in somnum incidit. Tum vinculo sua sponte dissoluto, caput decidens hominem peremit. *Diod. lib. 4. cap. 3.*

Romani, Duce Tito, templum Hierosolymitanum obstruebant. Judæi igne portibus injecto Romanos expulerant. Inter hos, quos ignis obfederat, Artorius quidam appellato clara voce Lucio quodam committone, & contubernali suo: Hæredem, inquit, relinquo totius patrimonii mei, si me exceperis. Cum autem ille prompto animo accessisset, ipse quidem, qui se in eum proiecerat, vixit: Lucius verò pondere oppressus, contratroque lapidibus solo allisus, mortuus est. *Josep. lib. 7. c. 6. belli Jud.*

Elephanti.
 Eleazarus Judæ Machabei frater in pugna, quam Judæ contra Antiochum Eupatore commisit, confectus excellentem elephantum ornatum faleris Regis, & ratus in eo Regem inveni, magno animo in eum fecit impetum, & occisis prius militibus, quam ad eum penetraret, cæteris verò metu cudentibus, succedens sub ejus ventrem, confodit belluam, & ipse simul pondere ejus illabentis oppressus est. *Josep. lib. 13. c. 14. Antiq. & Mach. 6.*

ICTU INTERFECTI.
Rami.
 Tlepolemus Tyrinthius, Lycinum fratrem Alcemenæ notum, ac filium Electryonis, per seditionem oleæ ramo interfecit. *Volat. lib. 20. Autrop.*

Condylis, Manus.
Vide Titul. Pugilum, quatenus pugnorum iudibus necantur.
 Condylus interemptum ab Hercule in Oenci convivio puerum legitimus, qui manibus aquam infundebat, quem Archiam Hællanicum nuncupatum scribit, Eunomium alii, Architelis filium: alii Cythum. Quo factò, Calydone excessit is, eade quantquam non voluntaria. At in secundo Phoronidos, Chetiam fuisse nomen, relatum scio. Therstem quoque condylis ab Achille interemptum, Græci scribunt, quoniam Penthesilea ab se interfecta oculum hasta percussisset. *Cælius lib. 4. cap. 3. Antiq. Lib.*

Clave, Fustis, Disci, Baculi.
Vide Moris instrumenta, ut extra corpus subsunt.
 Tlepolemus Hercules F. cum videret Lycinum fratrem Alcemenæ avie suæ jam senem negligentius tractari à ferulo ductore, baculo arcepto servum percussurus, cum is idem declinasset, Lycinium imprudens occidit. *Homæ. Iliad. 8.*

Tyri.
 Antiphænes Demophanis filius, Comicus, obiit in Chio, annos natus LXIV. casu pyro ictus. *Suidas.*
Tesudinis marine.
 Æschylus Poetæ cum prædictum esset, cum ruina periturum, is quo caveret, cum diem sub dio perleverat. Aquila decepta splendore captus calvitio renidens ad solem, dum saxum esse putat, testudinem illis, ut G. fractæ carnis vesceretur, eoque actu Æschylus interemit. *Val. Max. lib. 9. c. 12.*

Saxi, Lapidis.
Vide Lapidibus necati.
Testa, Tegula.
 Pastor, Aufonius filio Hesperio nepos, ut ipsemet in Parentalibus testatur:
Occidit emisse percussus pondere testæ,
Abiecit testæ quam manibus arificis.
 Eusebius Samofatenus Episcopus Orthodoxus, Dolicham Syriæ oppidum profectus, Ariani refertissimus, ut ibi Episcopum Macec ordinaret, à muliere Ariana tegula superne injecta vulneratus, paulo post mortuus est. *Theod. lib. 2. c. 32. & lib. 4. c. 13.*

Henricus Castellæ Rex, etiamnum puer, cum æqualibus ludens, tegula ictu è turri petitus perit, ann. 1253. *Rod. Tolletanus lib. 9. rerum Hisp. c. 4.*

Stiris.
 De Puero per fillicidium jugulato. *Mari. Epigr. lib. 4.*
Qua vicina pluit Vipsanis porta columis,
Et madet effiduo labiis imbre lapis,
In jugulum pueri, qui rosida templa subibat,
Decidit hyberna prægravis unda gelu.
Cumque prægresset miseræ crudelia fata,
Tabit in calido vulnere mucro tener.
Quid non sevia sibi voluit fortuna licere?
Aus ubi mors non est, hæ suguatis aqve?

COMPRESSIONE.
Ex Loco Suffocatorum Pressura, huc pleraque, hic Instrumentis, illic Impressio habetur ratio.
EXCORIATIONE.
 Bartholomæus Apostolus excoriatum est. *Unde Ioan. Franc. Mirandula in hymnis.*
Hæc etiam pellem Proteiæ filius ardens
Deposuit.
 Marfyas ab Apolline (quem ad tibie certamen provocaverat) victus, & excoriatum est. *Ovid. in Ibin.*

Men

Mors quoque sic furis necori agitetur, ut illi
Quum qui toto corpore vulnus habet. Item,
Nudare dircepta parent tua viscera pelle,
Ut Phrygi, cuius nomina flumen habet.

Otanis, quem Darius Rex ora maritima præfecerat, patrem Sisamem, vel Sisannem, unum è regis iudicibus, quod iniuste ob pecuniam iudicasset, Rex Persarum Cambyses interemit, interemptoque detrahit corium in lora concidit, quibus tribunal, in quo libet sedens iudicarat, intendit: ibidemque ejus filium Otanem federe iudicem iussit, atque in memoria habere, in quo tribunali iudicaret. *Herod. lib. 5. Val. 1. 6. c. 3.*

Judices iniuste excoriatà Rege Artaxerxe. *Diod. 1. 14.*
 Melabates eunuchus iussu Parylatidis Reginae ob Cyri F. præcisum caput, & manus, excoriatum. *Plat. in Artax.*
 Joannes primus martyr ob refixa contra Chritianis decreta ac minus discreta sub Diocletiano excoriatum. *Sabel. & Phitina.*

Sais Dux Cosrois Persarum Regia excoriatum, eò quod Heraclium Imp. adversus quem magno cum exercitu missus erat, non cepisset. *Cædenu.*
 Herculanus Episcopus Perusinus, cum Totila exercitus B post septennem obsidionem Perusum expugnasset, ex Regis mandato, civibus omnibus interfectis, capite truncatus, deinde excoriatum, tandem è muro præcipitatum.

Philippus, & Qualiter Danyosif Andegavenses *Fulg. 1. 6. c. 1.* ob Margaritam Ludovici Hutini Regis Navarra, Blancam Caroli Marchie comitis uxores corruptas, à Philippo Pulcro Francorum Rege impudicium nuptum ulciscere vivi excoriat & suspensi fuerit, circa an. Sal. 1213. *Chron. Franc.*
 Cum Mahometus per proditorem civis cypriam Constantinopolitani, qui Constantino IX. insensum erat, urbem cepisset, magnum auri pondus in medium afferi iussit, & ad proditorum conversus: Qui, inquit, filiam meam tibi uxorem cum dote, quæ presens est, polcis, cum Christianus sis, eum hanc exuas oportet, ut dignus Mahometica sponsa fias. Adest carnifex, & excoriat hominem, inde cineres cum sale calidos, vulneribus infertur, mox lecto cooperitur, quasi nova cutis ei hæc ratione succrescere posset. *Cusip. in vita Const. IX. Imp.*

Bragadinus Gubernator Famagusta in Cypro, dum annum obsidionem strenue sustinisset, & urbem tradidit Turcis, pactus cum eis salutem, ab immani Mustapha Bassa vivus est excoriatum, anno 1570.

MUTILATIONE.
 Israelæ Adonibeque Regem mutilatum extremis manibus, ac pedibus: quo modo excruciatum septuaginta Reges. *Iud. 1.*

Avidius Cassius novo exemplo multis desertoribus manus detruncasse, & pedes dicitur: asserens majoris disciplinæ fore miserabiliter criminofum vivere, quam occidere.
 Crescens Patricius Romæ ab Othone Imperatore debellatus, victus, & ex fuga retractus, membris truncatus, & ad ultimum ante urbem suspensus est. *Sigeb. in Chron.*
 Phocas Imp. truncatus membris necatus ab Heraclito *Cuspin.*

Jacobus Persa martyr, Demodatus, vel Intercifus dictus, quia membratim ob Christi professionem dissectus. *Marul. 1. 4. c. 10. & 1. 2. c. 12.*
 Arcadio martyri manus primùm, demùm pedes, eoque modo cætera membra amputata sunt.

LANIENA, DISCERPTIONE,
DISSECTIONS, FACTA AB
Hominiibus.

Agag Rex Amalechitarum à Saulo Rege Israelitarum captus, cæcis omnibus suis copiis, à Samuele Propheta in Galgalis trucidatum dissectus fuit. *1. Reg. 15.*
 Cum Ostris, Aegyptiorum Rex, Typhone fratre impio esset cæsus, corpus ejus inter conficos conjurationis est divisum. Virilia cum nemo vellet recipere, in Nilum flumen sunt abjecta. Typhone ab Iside Ostridis conjugè devicto, cæteræ Ostridis partes sunt inventæ, præter pudenda: quæ Isis sacravit, colique multis ceremoniis intinuit, eique, qui in Aegypto initiabantur, prima sacra faciebant: nominatimque ex Priapus occulto nomine, quod veteres honestiore vocabulo sic nominarent inhonestæ. *L. Vives in 2. libr. Augusti. de Civitat. Dei. cap. 14.*

Medea fratrem Abyrtum, & filiosque Jasonem susceptos membratim discepit. *Ovid. in Metam. & in Ibin.*

Et tua sic latos spargantur membra per agros,
Tanquam quæ patrias detinueris vias.

Orpheus Calliopes, & Apollinis filius, cum propter liberalem formam à mulieribus adamaretur, ac nihilominus amore sui captus averfaretur, quod esset castissimus, aut (ut aliquibus placet) proclivior in mares libidine: à Mænadibus inter Bacchi sacrificia discepit. Nempe qui saxa, & arborum cantu duxerat, & leones exarmaverat, mulieres emollire non potuit. *Ovid. in Metam.*

Pelids Theffalorum Rex cum Medæ præstigiis deceptus, senectute deposita, juvenilem ætatem recipere cupit, à filiabus dolisignariarum interfectus est. *Diod. 1. 4. c. 3.*

Bellus Bactrianorum Præfectus ob interfectum per seditionem à se Darium, ab Alexandro Magno minutatim concisus est. *Diod. 1. 17. & Sab. 1. 8. c. 4.*

Cleomenes Rex Spartanorum post reditum ab exilio infania correptus est. Nam ut cuique Spartanorum obvius erat, in ejus faciem infligebat sceptrum. Hæc facientem propinqui ejus soleis ligneis illigaverunt. Is custodem, digressis aliis, solum remansisse videns, gladium sibi tradere coegit. Quo accepto, à furis incipientes sese truncavit. In longum namque discindens carnes, è tibus ad femora processit, è femoribus ad coxarum vertebrae, atque illa, quousque pervenit ad abdomen, in quo rescindendo expiravit. *Herod. 1. 6.*

Bello Peloponnesiaco Pisistratum Orchomenium, qui odium habebat nobilitatis, & vilem plebem complectebatur, destinavit senatus necare: ac disceptum in sinus suos conjecerunt, terramque raserunt. Enimverò sex plebis suspicione capta concitavit in curiam. Ibi minor natus Regis filius Tlesimachus conjurationis conficis ex concione plebem retraxit, spectasse fatus se parentem subito impetu ad montem Piseum rapi specie quàm humana fugiorem. Ita delusa plebs fuit. *Theophilus 1. 2. de reb. Pelopon. apud Plat. in Paral.*

Finitimorum bellorum causa Senatus Romanus congiurium publicum antiquavit. Quod agrè ferens Romulus, id populo reddidit, multosque principum multavit. Hi in senatu cum trucidaverunt, conciliumque in sinus suos conjecerunt. Populus verò cum ardentibus titonibus in curiam concitavit. Ibi Titius Proculus vir clarus Romulum retulit in monte se conspexisse omni humano modo ampliore, ac deum factum. Cui attribuens populus fidem digressus est. *Ex Aristobul. 1. 2. verum Ital. idem & Dionys. 1. 2.*

Bebius, ferarum ritu inter manus carnificum sine ferro discepit. *Lucanus 1. 2.*
vix te sparsum per viscera Bèbi
Innumeras inter carpentis membra coronæ
Discepisse manus

Protogenes quidam, sevilimorum Caii Caligulæ mandatorum mitteret, duos circumferre libellos solitus, quorum alterum Eusem, alterum Pugionem vocabat: curiam ingressus, cum omnes ei dexteræ porrigerent, seilicet, tortuo vultu Scribonium Proclum intuitus: Et tu me, inquit, salutare ades, Imperatori tam insensus? Quo cæteri audito, senatorem illum discepserunt. Hæc re delectatus Cajus, se reconciliatum esse senatui dixit. *Zonaras.*

Maximus tyrannus Orientalis, qui Eudoxiam Valentiniæ III. Imp. viduam vi rapuit, à populo membratim discepit. *Sigeb. in Chron.*

Anastatus Imp. Longinum Selimantheum militis magistrum, qui seditione multas Orientis regiones turbavit, Nicææ Bithyniæ tanquam feram dilaniari fecit, cæcis, quos secum habebat, Barbaris. *Cusip.*

Theoderici Visigothorum Regis in Gallia Milites, Ariani quia D. Juliani Arvernensis templum spoliaverant, ab immundis correpti spiritibus, mutuis moribus se invicem læcerant. *Greg. Turon. 1. 3. c. 11.*

Theobardus Bruffatus Brixianus in patriam ab exilio Henrici VII. Imp. beneficio, revocatus, cum Brixianos ad rebellionem adversus Henricum sollicitasset, capta Brixia, equo alligatus in quatuor partes discepit. *Cusip.*

Bello contra Fr. Cargarium Patavinorum Principem suscepto, cum rescivisset Veneti subornatos fuisse quosdam à tyranno, qui aliquot ex patricio ordine viros trucidarent: deprehenti, tota urbe equis distracti, & ad geminas columnas in quatuor partes dissecti, pœnas concepti sceleris meritißimas luerunt. *Sab. 1. 4. Dec. 2.*

Arboribus.
Vide, Arborum inflexione mortui.
Bellus

A Vide Tit. Bestiæ obiecti, Ab Equis, Leonibus dilaniati.

DEVORATIONE. DEVORATI AB

Hominibus.
Anthropophagi buccerendi sunt, si patientem personam spectent, videatur locus proprius. Sin vero agerent, eos, qui his cibis delebantur, ad locum inhumanitatis pertinent.

Cambleta Lydorum Regem eo voracitatis profectum, ut nocte quadam uxorem quoque absumperit: eumque summo manè illius manum in ore comperisset, semet jugulasse. Xanthus apud Cælium auctor est.

Bellus.
Consule Tit. A Cambus, Urvis, Equis devorati: REPLETIONE MORTUI.

Consule Tit. Cibo, Vino mortui, suffocati. Item, Pinguetudine suffocati. Nam diverso respectu eadem exempla ad locos diversos referuntur.

Philoxenus Cytheris dithyramborum Poeta, ex nimio cibo mortuus. Teste Machone Comico, Athen. lib. 8. cap. 6.

Cum Alexander exequias celebraret Calami Indi Philosphi, qui seipsum in pyram accensam coniecerat, erapula XLII. Milicos in ejus sinere mortui sunt. Zelian. l. 2. de Var. Hist. Athen. l. 10. c. 12. Suidas, Plut. in Alex.

Septimius Severus Imperator, dum membrorum omnium, maxime pedum, dolorem pati nequiret, veneni vice, quod ei negabatur, cibum gravis, ac plurimæ carnis avidus invasit: quem cum conficere non posset, cruditate pressus expiravit. Vixit annos 65. Sexti Aurelii Vita, Epitoma.

Perla post infelicem pugnam ad Salaminem fugientes cum Xerxe, Hellepontum navibus trajecerat ab Abydum, quoniam rates tempestate dissolutæ erant. Ibi copiosorem quam in itinere commensum adepti, nulla modestia sese reficientes, ac multatis aquis, permulti interibant ex eis, qui de exercitu superfuertant. Ceteri cum Xerxe Sardis pervenerunt. Herod. l. 8.

Hephestion ex India reversus cum Alexandro Magno, febre laborabat Ecbatani Medie. Ur juvenis, & militaris, exactioris impatiens viduus, dum medicus Glaucus ad spectaculum abiret, prandium sompsit: adeoque gallo gallinaceo asseo, atque epoto ingenti vini frige facti carere, male habuit, pauloque post decessit. Agerrime tulit Alexander casum.

C hane, defunctique cadaver Perdica, uti Babylonem deferri curaret, tradidit amplissimoque funere mortuum amicum sepelire habuit in animo. Glaucum vero, per cujus absentiam peccandi licentiam ager sumpsisset, in crucem sustulit. Dioid. l. 17. in Plut. in Alex.

Babylone Medius quidam Thestalus, unus ex amicis regis, impetravit Alexandrum Magnum rogat, ut ad geniale convivium, quod celebrabat, venire non recusaret. Ibi mero multo fe oneravit. Novissime cum repletum magnum Herculis poculum ebibisset, repente veluti fortissimo ictu verberatus, & clamorem, & suspirium ingentem edidit. Sublatus adstantium amicorum manibus, illic decessit, itaque adhibiti medici, fecerunt uti cubaret, diligenterque ei adsidebant. Morbo autem invalescente, cum medici nullo remedio ei possent succurrere, doloreque acutissimi, & veluti cruciatibus eum torquerent, vitæ omnem spem abiecit, detrahiturque è digito annulum Perdica tradidit. Amicis rogantibus, cui imperium relinquere præstantissimo respondit. Atque hac novissima voce illud nimirum significavit, magno primorum ducum certamine sibi rei paratum. Mortuus est, regni sui ann. 12. mensis 7. maximis rebus gestis, ut regnum nullus ei comparari possit. Dioid. l. 17. Aristobolus scribit ex intemptivo meri potu decessisse scribit. Plut. in Alex.

Cum Dionysius Siciliæ tyrannus, Athenis in festo Bacchanalium tragœdiam edidisset, & victor declaratus suffragis, fuisset, quid ex cantoribus Chori, splendidi, honorificumque munus fe accepturum ratus, si regnum hoc nuncium attulisset de victoria, navigavit Corinthum. Ibi cum invenisset navem, quæ in Siciliam itura esset, libentia ea secundis venit usus est, cumque appulisset Syracusas, continuo retulit Tyrannum victoriam. Dionysius nuncio muneribus affecto, magnam lætitiæ ex ea recepit, gratulatorique sacrificia diis offerens, comperationes, & convivia magno cum apparatu celebravit. Cum aut in vitæ amicos, atque familiares suos, & inter pocula nimum vino indulisset, in gravissimum morbum delapsus perit, propter ingurgitatum vini copiam, Dioid. l. 15.

Demetrius Poliorcetes à genero Seleuco Asia Rege viduus, & captus, & Cherronenis custodia mancipatus, primo corpus quovismodo exercuit, venatione, quatenus licebat, & cursibus utens. Hinc paulatim ab iis ad pigritiam, & ignaviam delapsus, precipitavit se in pocula, & aleam, atque his temporis fecit tradidit. Postquam tertium annum inclusus Chersoneso fuit, ex otio, sagina, & vino in morbum delapsus decessit, cum anno annos natus esset quatuor, & quinquaginta. Plut. in Demet.

Lacydes Philolophus ex nimia computatione incidit in paralyfism, qua mortuus est. Ravifius.

Mortuus est ob ebrietatem Eumenes Pergamenus Philætaris, qui in Pergamo regnavit, nepos ut, Ctesicles narrat. l. 3. Temporum Authen. l. 10. c. 16.

Q Ennius perit septuagenarius ex podagra, quam nimio potu contraxerat. Q. Serenus: Ennius ipse pater, dum pocula siccat iniqua, Hoc vitio tales fertur meruisse dolores.

Cælius l. 28. c. 30. A. L.

Reducebat exercitum è Media M. Antonius, magnis itineribus, & rerum omnium inopia, Parthis undique urgentibus. Postquam transivisset Araxem, qui Mediam, & Armeniam disternerat, & Armeniam inire: ut situnc terram illam ex pelago conplexissent, adoraverunt eam Rom. milites, atque in lachrymas fe, & mutuos complexus prægudio effudere. Quia verò iter faciebant per affluentem regionem, utebanturque omnibus ex magna inopia cœsus evaserunt hydropici, & cœlici. Ibi recensito Antonius exercitu, desideravit viginti millia pedum, & quatuor equum, qui non interierunt vi omnes hostili, sed supra dimidium ejus morbo. Plut. in Antonio.

Cum Hierosolyma à Tiro obsideretur, multi Judæorum fame pressi ad Romanos confugerunt. Hos autem seior car, quam intus pertulerant, fortuna consequbatur: & fame, quam domi reliquerant, velociorem apud Romanos inveniebant ad exitum facietatem: aderant namque inflati ex inedia, & velut morbo interitus aquæ turgidæ, deinde vacuata repletibus corpora distumpebant: nisi qui peritii desideria cohibuissent, paulatimque cibum defueto corpori obtulissent. Josephus lib. 7. cap. 13. Belli Judæici.

Jovianum Imp. ciborum in stomacho incoctorum cruditate perisse, ferunt. Egnatius.

Domitianus Afer Nemaufensis, Fabii Quintilianis præceptor, Neronis principatum, cibi redundantiæ in cena perit. Sab. G. l. 2. En. 3. ex Eusebio.

Valentinianus Imp. Quadorum legationi respondens, voce impetu sanguinis amissa, sensu integer expiravit. Quod ex intemperantia cibi, ac saturitate, qua artus diffuderat, accidisse multi dixerunt. Sextus Aurelius.

Attila Hunnorum Rex, cum fe, ut in Italiam revertetur, accingeret, uxore Hildicæ, Baſtrianorum Regis F. ducta, prima nuptiarum nocte, cum nimio vino, ciboque pressus dormiret, sanguine ipse suo ecessit. Paul. Diac.

Alexander Leonis Philosphi Imp. frater, pransus, lotus, & inebriatus, à somno ad ludum pile fe contulit: & oborto vice-rum dolore, multo per nares, & verterum sanguine egelto postridie decessit. Cærenus.

Childericum Saxonem, cum aliquando ad ambas usque aures cibo fe ingurgitasset, eo suffocatum fuisse, & reperitum in lecto mortuum, Greg. Turon. auctor est.

Leonatus Clarentis, Britannia Regis F. cum novæ nuptia Violanti, Galeacii filia, operam daret, in tempestivique conviviis ad partii moris disciplinam, alieni cœli ignarus, in temperantius uteretur, ad Albam morbo consumptus interit. Violantes demum Othoni Marchioni Montisferati nuptia data, sed nihil felicitibus auspiciis, cum Otho in montibus Parmensium ab agrestis agaloni consilios ignobili fato perierit. Jovius in vita Galeacii.

Friderici I. Imp. duæ Germani in Armeniam bello sacro penetrarunt. Mortuo ibi Augusto, sive quod submersus, sive ex equi lapsu, Fridericus, Suevia Dux, filius Augusti, cum reliquis Antiochiam pervenit: hique ibi morbus tentati, insipientia credo cœli, & sibi minime parcentes, asuetique vidu liberiore, largioreque uti, ad extremam profue paucitatem redacti: inde ora maris petita, manibus in castra ad Ptolemaidem posita, delati sunt, vix mille octingenti iustis armis ornati. Filii patris corpus I yri sepelivit, nulla præterea memorabili re gesta. Emil. 6.

INANITIONE. DESPECTU
Cibi. Fame mortui.

A Consule tit. Fames memorabilis, quatenus mortis ob famem exempla illis habentur.

Uxor Hircani III. Judæorum Ducis, fame in vinculis à filio Aristobolo necata, Josephus.

Erisichonem Poeta fabulantur ob neglecta Cereris facta ad tantam famem redactum, ut propria membra devoraverit, seque ipsum comederit. Addunt & filiam ejus Metram in varias formas Neptuni beneficio mutari solitam, prostitutione corporis patrem alere solitam. Ovid. lib. 8. Metam.

Ipse suus artus lacero divellere morsu cepit, & infelix minnendo corpus alebat. Erisichones à matre inedia interfectus est, quod malè in bello pugnavit. Ovid. in Ibin.

Obstriditque famem patris limine testis. Ut legem pæne cui dedit ipsa parens.

Sigambis Darii Persarum Regis mater, ab Alexandro Magno capta, inedia extincta est, cum cibo aliquando abstiniisset. Curt. lib. 4. de gest. Alex. ait eam itineris continui labore, animique agritudine fatigatam, inter manus filiarum defecit. B. fe. Demim lib. 9. die quinto extinctam, quo mori statuerat, cibo, & lece dedit opera sibi subtrahis.

Eratosthenes Cyrenensis, Aristonis Chii, sive Callimachi Poeta discipulus, & præfectus bibliothecæ Ptolemæi, cum diuturno morbo torqueretur, neque remedium inveniret, inedia fe peremit anno suæ ætatis LXX. Suidas.

Cleanthes Philosphus Zenonis discipulus, ut cuidam morbo mædeter, nimia inedia fe peremit, iter jam sibi confectum esse dicens, 98. ætatis anno. Laert.

Paulantias Lacedæmonius, cò quod pecuniam accipiens, Spartam Xerxi fe per prodicionem tradidit promiserat, à patre Agellia in Palladis Chalcidicæ templo, quò confugerat, clausis cocto latere foribus, fame consumptus est. Chrysermus lib. 2. Hist. in Paral. Etli alii matrem ejus, primo latere in limine post, Spartanis officii lui admonuisse scribant.

Aristo Poeta ab Atheniensibus fame extinctus, ob maledicentiam. Ovid. in Ibin.

Ut que parum habili, qui carmine læsti Athenas, Iovis præceps deficiente cibo.

Anaxandrides comicus Rhodius, cum contra Atheniensis fe scripsisset, ab illis inedia necatus est. Gyrald. Dial. 6. Hist. Poet.

Alexandri insulsum verficatorem Chcerilum (quem præconem suorum designabatur facinotum) inedia sustulit. Ovidius in Ibin.

Inclususque necem cavea pastaris, ut ille Non proficua conditor historia.

Fames, inquit, Ammianus Marcellinus, est ignobile mortis genus: Apocartestem vocant Græci. Sic Perseus, ut Plut. scribit, Macedonum Rex, Roma decessit, id est, inedia vitam finivit. Cæli. lib. 13. cap. 24. A. L.

Neocles Sicyoniorum tyrannus, à suis ob crudelitatem fame, & frigore extinctus est. Ovid. in Ibin.

Aut ut olivifera quandam Sicyone profecto, Sit frigus mortis causa, fameque tua.

Judæorum in excidio Hierosolymitano captorum 12. millia fame perierunt, partim quòd illis præ odio custodes cibum denuebant. Joseph. lib. 7. cap. 16. belli lud.

Pentatulus, alius Eratosthenes, Cyrenæ, inedia consumptus, cum ophthalmis remedium quaereret.

Callixenus seipsum inedia necavit. P. Arod. in Xenoph. lib. 2. rer. Græc. in Val. Max. lib. 9. cap. 8.

Carthaginenses adversus Syracusos bellum gerentes, mercenarios Milites seductos ob non perfolutum stipendium, ad lxx. in os insule Orestodæ expositos, fame necarunt. Dioid. lib. 5. cap. 3.

Aristarchus grammaticus annos natus 72. hydropicus inedia seipsum peremit. Suidas.

Messala Corvini Orator, biennio antè, quam moretetur, ita memoriam, ac sensum amisit, ut vix pauca verba fe conjungeret. Ad extremum enato circa os ulcere, inedia fe confecit: Cæli.

Pomponius Atticus, eques Romanus, Ciceronis amicus, in ultima senectute morbo correptus, seipsum cibi abstinentia necavit.

Mavus Virgiliuzmulus, Poeta, & maledicus, cum Athe-

nienfes infami carmine faceraster, ab iis in carcerem conje-dus, inedia perit. Gyrald. Dial. 4. Hist. Poet.

C. Albutius Silus Novariensis, Orator insignis, jam senior, ob vitium vomice Novariam venit: convocatque plebe, causis, propter quas mori destinasset, in concione redditis, abstiniuit cibo, & ita defunctus est. Tranquil. de claris orat.

Proscriptus à Triumviris Arantius, cum petere Siciliam constitisset, uxoris suavis Filium ipsum quoque profcriptum præmisit. Qui cum navem conscendisset, atque adversa tempestate actus, neque procedere posset, neque retro ad terram reverti, fame consumptus est. Fulgos. lib. 5. cap. 7.

Cassius Brutus prodicionem moliens, à patre Casio signifero in Palladis templum clausus, fame necatus, & insepultus abiectus est. Cliton. lib. 9. rer. Ital. in Plut. c. 22. Parall.

Tiberius Imp. Neronem, & Drusum Germanici filios varia fraude inductos, ut & concitarentur ad convitiâ, & concitati perderentur, accusavit per literas, amarissimè congestis etiam probris: & judicatos hostes, fame necavit, Neronem in insula Pontia, Drusum in ima parte Palatii. Putant, Neronem fe voluntariam mortem coactum, cum ei carnisæx, quasi ex Senatûs auctoritate missus, laqueos, & uncos ostentaret. Druso autem adeo alimenta subducta, ut tomentum è culcitra tentaverit mandere: amborum sic reliquis dispersis, ut vix quandoque colligi possent. Suet. in Tib.

Galba Imp. Militem; qui tritici modium centum denariis vendiderat, fame confecit. Strabo lib. 5. in Suet. in Galba.

M. Antoninus Philosphus Imper. mortis desiderio inedia seipsum confecit. Sab. lib. 4. Enn. 7.

Polemon Laodicensis Sophista anno ætatis 56. seipsum in sepulchrum coniecit, necemque sibi confecit inedia, prope morbi articularis cruciatibus. Cum autem à propinquis, & amicis lugeretur, dixisse fertur: Date mihi aliud corpus, & ascendam. Et medicis à quibus diutius secebat: Quamprimum inquit Polemonis Latomias excidite. Suidas.

Silius Italicus Poeta, cum clavo insanabili torqueretur, vitæ radio seipsum inedia peremit. Gyrald. Dial. 4. Hist. Poet.

Murrilla martyri ab Elpidophoro quodam Ariano in exilium missus, ibidem fame, & frigore extinctus est. In Martyr. Rom. 13. Iulii.

Orator, Fortunatus, Felix, & Silinus martyres apud Alexandriam pro Christi nomine fame interfecti sunt.

Gabinus Presbyter, civis Romanus, iusti Diocletiani Imperatoris in carcere fame extinctus, ob Christianam religionem. In Martyr. Rom. 19. Feb.

Joannes Papa à Theodorico Rege Gothorum in carcere fame necatus. Siegel. in Chron.

Almanfor rex Arabum, bello superatus à Garfia Castulomenfi Comite, atque Veremundo Legionis Hispanensis Rege, conspectu suorum, atque alloquio, omnique cibo abstinent perit. Fulgos. lib. 4. cap. 5.

Joannes X. V. Pp. à Bonifacio VIII. Constantinopoli ex fuga reverso, multoque ære onusto, oculis privatus, in carcere squallore, & fame interit. Bergomen. Martin. in Chron. in Sabell.

Benedictus VI. Othone imperante à Cincio cive Romano in mole Hadriani fame necatus. Volat. lib. 22. Anrb.

Bonifacius VIII. à Seiatra Columna exule, Philippo Galorum Regis subsidis, America captus, & in custodia coniectus, fame perit. Volat. lib. 22. Anrb.

Ricardus II. Rex ab Anglis fame extinctus est, quòd inu-tilis regno videretur. Polyb. lib. 22. Anrb.

Cum Joannes Abbas, eremique Scythi economus, per duos Adolescentes sicut sibi muneri missas ad senem quendam in ulteriore deserto manentem deserti curaret: pueri nocte præoccupati à via aberrantes, diebus aliquot post inventi sunt postis genibus mortui, illibatis omnino siccibus, quas secum tulerant. Marul. lib. 4. cap. 3.

Cæcilia Barbatica Veneta, mortuo viro Philippo Vendramino, nec monitis, nec precibus propinquorum ad vescendum aliquo modo impelli potuit: nulloque responso dato mortua est. Fulgos. in Egnat. lib. 4. cap. 6.

Hispani XIV. à Franc. Ferruccio Florentino Volaterranis expugnatis, in carcere fame necati. Jovius lib. 28. Hist.

Paulus Kmilus, inferioris Ungariae Præfectus, cum præfidarios milites de Alba Græca Turcis prodenda consilia habuisse audisset, in carcerem foedissimum conditus, singulis diebus eorum singulos hazorum in modum veru præfixos, & ad ignem diligenter asatos, focis vescendos apposuit: identidem

dem, ad indignum cruciatum asperitate conviti cumulan- dum, ut proditorum caro ad palatum responderet, interro- gans. Novissimum autem eorum, nemine omnium exstante, cui ipse cibus apponere, lenta inedia, cibique necessarij subtractione conficit. *Bonifacius lib. 3. Decad. 5.*

Agulinus Girardescus Pisanorum tyrannus cum tribus FF. in carcere fame necatus a Rogerio Ubaldino Pisano Ar- chiepiscopo, cui redimenda vite spe facta, thesauros suos patefecerat. *Fulg. lib. 9. cap. 2. Platina in Nicolao III. Em. lib. 8.*

Caliphas Babylonus fame mori coactus ab Halano victore Tartaro, a quo ipsi non nisi aurum, & gemmae cibi loco propolite fuerunt, cum hoc scommate: *Aequum est, tam qualtuosum hominem cibis vesci non nisi pretiosissimis. Sab. lib. 7. Eux. 9.*

David Stuartus Joannis, alias Roberti, Scotorum Regis fi- lius cum omnis generis sceleribus se pollueret, a patre com- mendatus est domesticæ disciplina Roberti patris, regni gu- bernatoris. Hic occasione fratrem stirpis delendæ nactus, obivium sibi Davidem ad tria ferme millia à Fano Andree ob arcem Andreanam ducit, & cepit Falcolandiam, ubi ipsum in arctum carcerem includit, in quo aliquandiu sus- tentatus à duabus mulierculis pane avenaceo, & lacte mu- liebri, tandem fame coactus est mori, postquam res fe- licissimas, ac digitos proprios absumpsisset. *A. C. 1401. H. Henningus in Genesal.*

Sub Carolo VI. Gallorum Rege, Comitiss Foisit uxore pecuniam dotalem a fratre Celsiberorum Rege petitura, cum Vascone filio proficiscitur. Rex cum de Comitiss ingenio que- dam locutus, inique ipsum adversis pueri matrem agere di- xisset, pulverem in parvo solle puero dat, ostendens, sic ea pater vesceat, fore ut uxorem diligeret. Vasco id alteri fra- tri illegitimo communicans, veneficii nomine apud patrem deseruit: siquidem pulveri venenum inesse compertum fuit. Quamobrem prodicionis a patre accusatus, in terum carcerem conclusus fuit. Filius cum morte finire contumelie dolo- rem flantiss, obstinato animo omni cibo abstinuit: neque vel blanditijs parentis a proposito avocari potuit, quin peri- ret. *Fulgos. lib. 5. cap. 8.*

Carolus VII. Gallorum Rex, qui Joannæ Pucellæ ductu regnum ab Anglis occupatum recepit, melancholia corre- ptus, cum veneni suspicione nihil cibi per septem dies adhibe- re voluisset, post septimum confectis jam praescitate viis frustra assumptis alimentis perit. Septem diebus certè jejuni- um hominem necessario petire *Hip. com. de Estate affirmat. Joan. Marcovilleus de Bon. 10. mal. mul.*

Mathias Porcovincus Palatinus Pofnanensis, quod clam prædones receperat, duemque se eis præberet, a Casimiro II. Polonorum Rege captus Calistia, & in Oltinensem arce- dem deportatus, in tetro, & obscuro carcere vitam media fini- vit. *Crom. lib. 12.*

Nicolaus de Book eques, legatus à Valdemaro Marchione Brandeburgensi Francofurtum missus, ut in eligendo Rege Rom. suffragium Frederico Pulcro Austriæ ferret: cum nihil speraret à Frederico se consequaturum, simul etiam plurium animos cernebat in Ludovicum Bavaram inclinare: etiam Fri- derici nomine in diplomate, Ludovici substituit, contra do- mini sui voluntatem. Ob quod felus Valdemarus cum in vincula conclusum inedia necavit. *Cuspin.*

POTU. SITIS MORTU.
Consule Tit. Sitis intolerabilis.

Thales Milesius (qui inter septem Græciæ sapientes an- D numeratus est) cum senio confectus Olymp. tiv. ludos in theatro spectaret, sedens calore, sitique interit. *Laert. lib. 1. cap. 1.* Libyæ desertis siti emori, mercatoribus familiare existit. *Narrat. Io. Leo in Africa descriptione lib. 1. cap. 27.* in deserto Azoard duo exstare marmorea sepulera, alterum Mercatoris, alterum mercium Vectoris, quorum ille ab hoc atque cyathum decem millibus aureorum emerit, nec potuisse tamen aquam urique sufficere, quin miserimè perierit.

Quidam vipera dipsade comesta, siti inexplebili affectus perit. Messores similiter quidam, vino hausto, in quo sus- focatum fuerat tale animal, immentia sibi petiere. Navigantes atque dulcis defectu, quidam marinam haufere, & profuvisio orzo celerius, quam alii, cum ingenti morbo intestinorum perire. *Gal. de Symp. caus. 7.*

SPIRITUUM RESOLUTIONE.
Huc pleraque exempla eorum, qui Aestu, Labore, Venere, Gaudio, è medio sublati sum.

Ferdinandus Catholicus Hispaniæ Rex anno post obitum Isabella Regina uxorem ducit juvenulam. Hic dum sobolis causa pharmacis quibusdam utitur, calore nativo sensim re- soluto, eò delapsus est, ut neque pedibus insisteret possit, ne- que familiares, ut solerbat, alloqueretur, & negotiis omnibus abstineret: vultu, qui serenissimus semper fuerat, fuberriti, & subobscuri. Itaque cum Placentia Hispaniam versus in le- thica veheretur, in pago parvo, nomine Madrigaleigo, quod est apud oppidum Guadalupum, an. 1516. Rex nunquam satis laudatus Deo spiritum reddidit, annum agens ætatis sue 64. cum regnasset annis duobus, & xl. *Martineus lib. 12. ver. Hisp.*

SUFFOCATIONE. SUFFOCATI ANHELITU RETENTO.

Zeno Citricus schola exiens impedit, digito pedis vulnerato. Manu igitur percussa terra, illud ex Niobe ait: *Ap. quas, 71. id. aies;* Venio, quid me vocas? itaque iussu supposito spiritu de- cessit, an. ætatis xc. vel etiam triduum, lxx. agroravie nun- quam, *Suidas.* At *Laertius*, semetipsum strangulasse, inquit. *Diogenes Cynicus*, senex admodum, pallium exoptit vol- vit, & spiritum continendo seipsum interemit. Quamvis F alii ex bovis crudo pede comesto perisse dicantur, à canibus in crucis nervo demorsum, cum polytum canibus partiti vo- luisset. *Laertius.*

Metrocles Philosophus Cynicus, senex seipsum retento an- helitu suffocavit. *Idem.*

Coma, maximi latronum Ducis Diogenis frater, ad Rudi- lium consulem, Enna, Sicilia urbe, quam prædones tenebant, in potestatem redacta, productus, cum de viribus, & constantibus fugitivorum interrogaretur, sumpto tempore ad se colligen- dum, caput operuit: iniquisque genibus compresso spiritu, inter ipsas cultodum manus, inque conspectu summi imperii exoptata securitate acquievit. *Val. lib. 9. cap. 12.*

CATARRI DELAPSU.

Kennethus Keyr, Scotorum Rex, quarto regni necis ex defluxu catarri subito perit. *H. Boetius lib. 9.*

Joannes Miricus Episcopus Antuerpiensis, anno Domini M. DC. XL. Bruxellæ catarrho guttule defluxu suffocatus in- terit.

FUMOS, VAPORES.

Bello civili, cum Marius contra cives crudeliter seque- retur, Lucatius Catulus, Orator, qui Marii fuerat collega, atque de Cimbris unâ triumphaverat, cum orantibus pro eo, & de- precantibus hoc modo respondisset, Moriendum est: includit se conclavi, & multis accensis carbonibus se suffocatus. *Plin. lib. 27. Florus lib. 3. c. 23. Augustinus lib. 3. de Civ. Dei. Plat. in Ma- rio Palatium l. 9. c. 21. cubiculum recenti calce illitum, mul- toque igni percalefactum, Carulo vitam ademitte scribit.*

D. L. Emilio Victore, Parmæ extat tale epiacphium, ab Paulo Manutio relatum, uti testatur. *Hier. Marcar. lib. de Gym- nastica. D. M. L. Emilio Victorio, qui pridie natalem suum vice- simum, & secundum pruna in pensili (balneo scilicet posita), ur- gente fato, ipse sanum necavit se. L. Emilio Victor Principis- palls, & Alia Veneria filio picniti & sibi.*

Zoe Nicostrati martyris uxor, à B. Scaftiano ad catholi- cam inducitur pietatem, crinibus suspensa, fumo subter susfo- cante perit. Erat Nicostratus Diocletiani sermiorum magis- ter. *Volat. lib. 17.*

Jovianus Imp. cum urbem Romam peteret, Dadastanz H (qui locus inter Bichyniam, atque Galatiam est) nimio pruna- rum calore, quæ in cubiculo ad ingens arcendum frigus posi- ta fuerant, sine vapore cubicali calce recessus incurfati susfo- catus est. *Hieron. in epitaph. Nepot. Aurel. V. Bar.*

Vetronium Thurinum familiarem suum Alexander Seve- rus Imp. eò quod fumum, ut ipse dicebat, videret, ad stipem alligatum, fumo suffocari iussit, excitato è stipulis humidis, ven- tidique materia. Nolebat enim ab aulicis suis fumum vendi- dicitur. *Pontian. lib. 3. cap. ult. de Magnan. ex Lamp.*

Iusto Erico Danus, Dalaciarlorum regionis præfectus, ex Dalaciarie incolis sine numero innocentissimos fumo suspen- sos occidit. *Joann. Magnus lib. 22.*

Valdenses xxv. in antro, non procul ab oppido Mustio, in quod confugerant à Gall. Rege Henrico II. omnes igne, & fumo necati fuerunt. *Sleidanus lib. 15.*

Vide ante Locum de Lactina.

VENENO EXTINGTI, QUALI, A QUIBUS,

QUANDO, QUÀ OCCASIONE DATO.
Require Locum de Veneno.

AQUIS INTERIERE QUI,
QUALITER, UBI.
Ex Loco de Aqua defumantur, que hujus sunt argumenti.
IN BALNEO.
ibidem, in Loco de Balneis.
SUFFOCATI.
GLACIE.

Percussores Malcolmi II. Scotorum Regis unâ cum aulicis, quorum dolo malo Rex interierat, pernicibus equis au- fugientes, campis ita nive operis, ut iter nulli pateret, in lacum Forfair glacie constrictum delapsi, & aquis absorpti, perierunt. *G. Boethius.*

Sveciæ Rege Mosciviam populante, cum xl. Mosci, eque- stri familia nati, in glacie consistentes, de tota belli ratione confulerent, accidit, ut glacie fracta, mox omnes aqua sus- focarentur, quo subito casu territi Rutheni, conditiones pa- cis à Gustavo Rege per concionatorem quendam Alboensem oblatas suscipiunt, & utrinque principum consensu pace fa- cta primi auctores belli hujus merita pœna affecti sunt, &c. *H. Hinningus in Genesal.*

NIVE.
 In summi Caucafi cacuminibus, viatores baculos secum fe- runt, quos in fumam nivem delapsi, respirandi gratia exerunt & ut eo signo auxilium à transeuntibus consequantur, quapro- pter sapè effossi servantur. *Æn. Sylv. c. 36. Aste.*

Cum Caroli V. Rom. Imp. post expugnatam Romam anno 1527. mensis Maio formidabilis potentia plerisque videretur, Venetis cum Gallia Rege Francisco, adjunctis aliis quoque ad inhibendum Caroli cursum, sedes percuf- ferunt: ibi Venetas cohortes, quas Pisanus unâ cum Va- lerio Ursino ducebat, præeunte eorum equitatu, à Sulmo- ne iter Romam versus habentes, ingenti nivoseque vento- rum turbine exorta atrox tempesta, miserabili ac inopina- to cladis genere penè totas oppressit. Non enim planè exacta hyme, ut in algidis, & montanis eventis, locis serius in ver novum annus aperitur, & culmina montium præla- ta diu insident, & occupant nives. Inter duas Appennini ar- das fauces imminentiunt utrinque altissimorum montium ad- versis jugis non multum lata, verum plana, vallis extendi- tur, spacio quadraginta ferè stadiorum. Hunc locum in- colæ Peligni, quinque millium planum appellant. Hæc au- tem est ejus angustii itineris natura, ut exorti venti cum in- graunt, contrario in sese rapidissimo impetu convolvantur, & sublatas nives è jugis decuciant, & in gyros per aera ver- tant, quibus media in valle iter habentes, intercluso spiri- tu, repente suffocent, & perimant. Propterea explorare oportet inconstans cœli serenitatem, quæ subito sape mo- mentis fallax, viatores decipit: quoniam abdit introitus spe- ciei conceptum naturali terræ habitu spiritum ex illis infle- rentium inter se montium anfractibus violenter expuant, cer- tum semper exitio deprehensurum, nisi intento curu celerimè faucibus elabatur. Periere in eo turbine recenti ferè pedites, reperite sunt rigentibus membris enecti, dormientibus planè similes, cum repentina procella tempesta decedisset. *Jovius l. 25. Histor.*

Terra. In sepulcro suffocati.
Hic modus perpenditur. Instrumentum ipsum alterius est ordinis. Lacus sub Tit. In sepulcro mortuorum, considerabi- tur sine inedia, sine suffocatione, sine laniatione.

D. Ameltris, uxor Xerxis pro salute sua duodecim sub terram defodit Homines vivos Plutoni, quem dicitur Pla- to, quod humanus, sapiens, & opulentus sit, & reti- nent gratia, & facundia animas, ad id dictum esse. Plat. de Superstis.

Itidem à Xerxe novem Pueri, totidemque Virgines vi- vae defossæ in historiis leguntur. *Consule Tit. Sacrifi- cia humana.*

Cum Carthagenenses, & Cyrenenses de finibus com- tenderent, ac primo placuisset, ut certo die legati domo proficiscerentur: quo in loco iter se obvii fuissent, ibi finis haberetur: res autem celebriori Carthagenensium ite- re conturbata esset: Cyrenenses optionem illis fecerunt, ut vel illi vivi obruerentur: vel eadem conditione sese, quem in locum vellent, processuros. Phileni conditione probata, seque, vitamque suam Reip. condonarunt, ibique vivi obruti sunt.

Turnus Herdonius Aricinus, insidiarum Tarquinio Su- perbo, & principibus Latinorum intentatarum falsò accu- satus, indicatæ causâ in concione damnatus, vivus sepultus est. *Sab. l. 6. En. 2.*

In ea pugna, in qua Ludovicus II. Ungariæ Rex in cam- po Mohach cum Turcis congressus occubuit, Infantes vi- vi, ne vagitu procederent, ab infelicissimis matribus in terram delossi sunt, & miserè suffocati. *Joan. Sambucus in Appendice Bonifacii.*

ARENA. PULVERE.

Psyllorum finibus quodam tempore, cum Auster perquam validus, & diuturnus flavisset, eoque flatu univerfa eorum aqua exaruisset, dolore moti, constituerunt ulcisci injuriam illam. Propterea communi edicto omnes fumpis arim in Austrum, perinde quasi hostem, jure belli profecti sunt. At- que ita profectis, ventus magno spiritus agmine venit ob- viam, & universos cum omnibus copiis, armisque, cumulis arenarum, & montibus operuit. Ea ruina omnia ad unum pe- rierunt. *Herod. l. 2.*

Misit Cambyfes, majoris Cyri filius, quinquaginta Homi- num millia, qui templum Ammonis Jovis diriperent, con- temptu religionis, directum incendio fœderat. Sed ingens illa hominum manus, cum inter Oasim, & Ammonios pran- fa esset, subita ventorum tempestate, priusquam ad locum veniretur, arenarum cumulis obruta est, ut nemo ex tanto agmine sit nunciis reperitus. Eæ proximis tamen arenarum accolis ejus rei fama ad posteros manavit. *Sab. l. 4. cap. 3. ex Herod. l. 2.*

Campton, Ægyptius Sultanus, victus ad Alepum, Syriæ urbem (quæ Hierapolis olim fuit) à Selimo Turcarum Imperatore, cum annis, & ingentis herniæ pondere gravaretur, & æstu, mororeque deficeret, in pulvere exanimatus est. *Sabel. Supl. l. 7. ex Jovio.*

COENO, LUTO.

Suffocatos in luto hic consideramus. Ut vero locus cano- sus est, in quo vel suffocati, vel vulneribus confecti pereunt, inter Mortis loca referri debet.

Decius Imperator, à Gothis cum toto exercitu profugatus, fugam arripens, paludis voragine absorptus est, nec postea G inventus. *Sextus Aurelius.*

Ludovicus Ungariæ Rex, Pauli Tomorzi Collocensis Ar- chiepiscopi infans consilii usus, cum exiguis copiis Solyman- no se obiciens, prope Budam ad Mugacium, prostratus un- dique copiis, nudatus eo, quod speraret, paraveratque, præ- sidio: sese eripiens, in proxima palude, reflectente lequo, sexquipedalis aquæ lutulentum in gurgite suffocatus interit: ita tamen, ut eum locum Cetriscus armiger ejus, & cubicularius, genere Bohemus, notaret, & post multos dies, decedentibus hostibus, integrum Regis cadaver Cetrifici indicio reperire- tur. *Regio funere tumulandum ad Albam regalem deser- retur. Jovius l. 23.*

FIMO.
 Stephanus II. Ungariæ Rex, multos equino fimo infossos enecavit. *Bonfin. l. 6. Dec. 3.*

CIBO.
Herense, faucibus, Bolo, Buccellas.

Henricus Niger Imp. agritudine correptus, grandi panis portiuncula suffocatus est, in Saxonia oppido Bottenfeld di- cto, 3. Nonas Octobris, anno Salutis MVLXXI. ætatis sue XXXIX. Re- H gni XIII. Imperii X. Regia pompa Spiram delatus, in ade D. Vir- ginis à se constructa, sed imperfecta, juxta patrem, & matrem sepultus est. *Cuspin.*

Goduino Gantianorum Comès, Alfredo Anglorum Re- ge calumnias circumvento, & necato, Alfredi fratrem Eduardum III. Regem fecit, filiamque suam eî depon- dit. Cum Haraldus F. qui à populis erat Eduardo, dum vinum miser, pede offenso penè lapsus, auxilio alterius pedis se sustentasset: Goduinus cum risu: Nunc, inquit, frater fratrem juvit. Ea voce Alfredi fratris memoria repe- tit, turbatus Rex: Sic quoque mihi frater meus auxilio esse potuisset, nisi per te stetit. Tum Goduinus se excusa- re, & dicere: Si necis fratrem culpa vel minima penes me est, o Rex, hoc panis fructu strangulati me faciat Deus, simul- que buccellam deglutiens, divina vi strangulatus est. *Polyd. l. 8. Aug. Hist.*

Immodico. A Cibi, & potus suffocantis rationem hic habemus. At qui quovis alio modo vitæ infatigatur, ad locum corum, qui Repletionem perierunt, referri debet.

POTU. Huc suffocati Vini, Cerevisia.

Pelasgorum Princeps quidam, Pafus nomine, Larifæ filia stuprum inculit. Illa vindictæ tempus captans, cum patrem in vini dolium incumbentem vidisset, pedibus apprehensum dolio immerfit. Ex Strab. recitat Eustathius Iliad 8.

Georgius Plantaginetus, Clarentiæ Dux, à fratre Edoardo IV. Britannorum Rege propter infidias damnatus, ut sibi mortis genus eligeret, Cretici vini potu mergi, atque encarci voluit, ann. 1477. Fulg. l.9. c.12. Crantz. l. 13. Sax. c.19.

Philomus Gothorum Rex, cum solito more, noctem cum suis potando duceret, ab ipsis ebrietate suffusus in ingens dolium Cereali liquore repletum, quod pro explenda bibacium gula in media aula collocatum erat, per ludibrium precipitatus interit. Jo. Magnus l.7. c.17.

Sanguine taurino.

Midas, antiquissimus ille Phrygiæ Rex, contracta ex somniorum diritate animi ægritudine, cum formidabilis affectio augeteretur indies, tauri sanguine copiosius hausto, concessit ab humanis. Cælius l.14. c.12. ex Plin. l. de Superst. Strabo l.1. c. 4. Euseb. de Temp.

Pammenitus Rex Ægyptiorum, victus à Cambyse, cum denuò ad defectionem sollicitasset Ægyptios, hausto sanguine taurino periit. Herod. l.3.

Cum ob imperatum Argonautarum reditum Pelias Ælon Jalonis patrem obruncare decrevisset, Ælon sacrificans, hausto taurino sanguine, fati concessit: ac mater Jalonis libi pla manum inulit. Promacho infante relicto, quem postea Pelas jugulavit. Natal. Com. Myrob. l.6. c.7. ex Diodor. l.4. cap.3.

Themistocles Atheniensis, invidia civium relegatus, ad Artaxerxem confugit. A quo dum in patriam pugnare cogeretur, vitam cum morte volens commutavit, inter facra Dianæ Leucophryos hausto sanguine taurino. Plut. in Themistocle. Tauri sanguinem idcirco pestiferum potum scribit Cælius l.14. cap.12. A. L. quod celeberrimè cocat, atque concrefacit. Proinde anhelitus difficultatem, ac præfocationem inferre, cum spafmo prævalido. Aristophanes in equitibus scribit: βλεπεις ηναι αιματωδων ποινον διαιτοσ κλιος γαρ δεινatos αειρωτατος. At ficta videntur hæc plerique. Nam Thucydides mortuum modò scribit, & in Attica clam humatum.

SUDARIO. SPONGIA.

C. Licinius Macer, vir Prætorius, Calvi pater, reperundarum reus, dum sententiæ dicerentur, in Manianum confendit: cuiusque M. Ciceronem, qui id iudicium cogebat, prætextam ponentem vidisset, misit ad eum, qui diceret, se non damnatum, sed reum perisise, nec sua bona hæc posse subici. Ac protinus sudario, quod fortè in manu habebat, ore, & faucibus coarctatis, incluso spiritu, pœnam morte præcurrit. Qua cognita re, Cicero de eo nihil pronunciavit. Valerius l.9. c.12.

Quidam Romæ ad bestias damnatus, ut se ea crudelitate, Iudibrioque redimeret, cum curru ad theatrum deportaretur, obtinuit, ut de curru levandi ventris gratia descenderet. Quo factò, spongiam, quæ in publicis latinis ad purgandum anum ligno affixa manebat, gutturi tanta vi inseruit, ut confestim præclua anima periret. Fulg. l.9. c.12. ex Seneca.

SPINA.

D Tarquinius Priscus cum ad mensam sederet, os piscis transfertum ad hæc gutturi, ut nocte illa miserabiliter expiravit. Id attestatur. Geographia Guido. Bitur.

Arnolphus Rex Bavarie, ex spina piscis in thecam artentiam inter prædandum illapfa suffocatus moritur. Ann. Chr. 937. H. Hennin. in Genoa. Reg. Barvar.

FICO. PYRO. ACINO.

Sophoclem Lucian. & Sotades apud Crinit. contra Plinii sententiam, dicunt acino uvæ perisise. Val. Max. tamen, & Volat. foyent partes Plinii, quorum sententiam sequitur. Politian. in Nutricia scribens:

Quæque senem meritis rapuerunt gaudia palmæ, nisi fortassis de Philippide intelligi malis.

Anacreon Tejus Poeta, 85. ætatis anno, dum passæ uvæ succo tenues, & exiles virium reliquias foveret, unius acini

perinatior in aridis faucibus humor cum suffocavit. Valerius Max. l.9. cap.12. & Plinius l.7. cap.7. & Volat. l.13. c.3. E. Antbrp.

Terpander citharædus insignis, Spartæ canens, in Sciadæ, cum ore hiaret, quidam ficam temere jactans, faucibus ejus tanta vi impetit, ut strangulatus fuerit: de quo sic Trypson in primo Græcorum Epigrammatum: τριπας αφορμης γαρ κρησαν σπυδαιον δειδδς κειτασαν θεσπιος εν κωικω αμωριος, εν αβρι πλορηδς, εν εν βλεν, εν εν σικω γαλας, εν εν προγδωσαν εν απορα δεινatos. Item Varinus in didichone γρηθη τρα πινδωρα.

Drufius Pompejus, Claudii Cæsaris ex Herculani filius, cui paucos ante dies filia Sejanî fuerat desponsata, cum puer ludens jactum in subline pyrum ore excepisset, idque altè in guttur descendisset, præclua anima, mortem obiit. Suet.

PILO.

Fabius fenator pratorius hausto in lacte pilo, præcluo spiritu animam egit. Adeo parve re hominis persapè mors constat, qui superbi agendo, pro amantiam Deo se nonnunquam æquæ contendit. Fulg. l.9. c.12. ex Plin. l.7. cap.7.

MUSCA.

Adrianus IV. Pontifex, Anagniæ cum suis umbra captandæ gratia expatiatus, aquam ex fonte haustit, & musca in fauces cum impetu pacta, immiserè suffocatus interit. Naucleus ex lo. Cremonensi.

PISCIS.

Quidam natandi, & piscandi percam ceperat, quam ut ad collegas nataret ori inseruit. At perca in fauces illapfa, miserum piscatorem suffocavit.

PINGUEDINE.

Dionysius, Heraeclotes, Clearchi F. tyrannus obefitate nimia periit: teste Eliano l.8. Var. Hist. Quod ipsum in primo Græc. Epigr. Palladas his verbis complexus est: εν πολλη δεινatos μορον η φουσις, αδια πιν αισθη εν πολλη παρηγος ποδωδς αργωατο. εν εν τυραννιως δεινatos ηρακλειος τος εν τρι ποτη μαρτυς, ο ποτο παδωδ.

Adelbertus Vormacensis Episcopus, frater Rudolphi Ducis Sveciæ, corpore montifoso (altero enim pedam claudus) supra modum vorax, corpore ita obeso, & crasso fuit, ut aspicientibus inueteret horrorem, atque ipsa adipis mole tandem suffocatus est, anno 1070. Chron. Hirvau.

CARUNCULA.

Joannes posthumus Marci Peretii Antuerpiensis, Basileam venerat, puellus optimè habitus, nisi quòd motu vehementiore, puta risu vel epulatu, sæpe levi deliquo tentari videbatur, hilaris, lac nutriticis lugens, repente anhelitu intercepto Basileæ expiravit, anno Sal. 1576. Adapero cadavere, ipsi laryngi adnata caruncula nucis magnitudine reperia: quæ ubi ad justam magnitudinem excrevit, puerum novem mensium suffocavit.

LAQUEO SUFFOCATI.

Qui.

Reges, Principes, Tyranni.

Benadab Rex Syriæ, qui multa mala intulit Israelitis, ab Azael servo strangulatus est. 4. Reg. 8.

Apries Ægyptiorum Rex, populo invisus, ab Amasi servo victus, in urbe Sai strangulatus fuit. Herod. l.2.

Hermias eunuachus trapezicæ cujusdam Assensis in Phrygia famulus, postquam cum eo Assenses, & Aternenses subegisset, à Memnone Rhodio hospitalitatis nomine, simulata amicitia accersitus, comprehensus est, & ad Persarum Regem missus, suspendio necatus. Strabo l.13.

Commodus post tertium decimum Imperii annum strangulatus est, Lato pratorii præfecto auctore, & Martia concubina. Sextus Aurelius ait, Martiam prius tentasse, ut cum veneno perderet.

Gardianus tenex Imp. Vide supra Tit. Necati Carnificum Instrumentis 5. Laqueo.

Maximilianus Daza, qui Orientis Imp. arripuit, à Licinio oppressus, abjectis imperii insignibus, fugitivus se turbis colonorum immiscens, in agris latuit: & ne vivus caperetur, se strangulavit Tarfi. Imperavit annis septem. Cusp.

Narxes Exarchus Iraliæ, Sinauldum Britonum Regem, prius victum, donatumque venia, cum iterum rebellasset, captum,

captum in crabe suspendit. Paulus Diac. l.2. de gestis Longobard. 6. Sigebertus.

Hadingus Danorum rex, cum Hunningi Svecorum regis amicissimi mortem audivisset, seipsum suspendio publicè necandum curavit. Joan. Magnus l.2.

Germundus Gothorum, & Sueonum rex Haraldum Danorum regem vicerat, & fecere cum illo percusso, exercitum in Sveciam remisit. Dani circumventum cepere, & in creta trabe strangulaverunt: quæ causa fuit memorabilis belli. Jo. Magnus l.8. c.5.

Jarmericus Danorum rex Teutonum quadraginta Principes captos, alligatis totidem lupis, laqueo strangulavit. Reliquos eorum optimates, primò tibias loris trajectos, mox taurorum pedibus alligatos, molossisque incescentibus raptim in cœnum, voragisque petractos, lacrymabili spectaculo consumpsit. Jo. Magnus l.22. c.4.

Evenus III. Scotorum rex ob tyrannidem acie victus, à suis in carcere strangulatus est. H. Boeth. l.3.

Constantinus Scotorum rex ignavissimè à nobili Hebridianno, filia raptum ulciscente, noctu strangulatus est anno regni xvii. H. Boeth. l.8.

Maslaus quidam, pocillator regis Polonorum Miecislai, tyrannidem eo mortuo in tractu Ploceni arripuit, eumque de suo nomine Masloviam appellavit. Victus tandem à Casimiro Miecislai F. ex fuga perpetuo cursu in Prussiam contendit. Ibi à Barbaris cognito eventu prælii exarmitatus, in crucem actus est: insulstantibus ut alta teneret, qui alta petivisset. Crom. l.4. gest. Polon.

Selymus Turcarum rex Ægyptium Sultanum Tomumbejum Alcaico passum, acie denuò vicerat. Tandem infelix Tomumbejus per principem quendam Maurum proditus, atque in palude, ubi inter cannas, & junco pectore tenus in aqua latitabat, inventus, ad Selymum perductus est. Selymus autem adhibitis tormentis hominem vexavit, ut quoniam in loco thesauri Camponis Gauri præforis sui essent, ex ipso agnosceret. Sed Tomumbejum incredibilis quidam animi constantia nihil unquam indicavit. Selymus, ut omnem defectionis spem populis adimeret, Tomumbejum mula insidentem, atque annexum gutturi laqueo habentem per totam urbem duci, ac demum prope portum Bassuelam tertio Idus Aprilis suspendi iussit. Jovius in vita Selymi.

Marcus Vicecomes Mediolanum ad Actium patrualem veniens, multo cum honore, & lætis utique vultibus exceptus est. Sed dum in rem suam novandis rebus clientelas exploraret, in tenebreque veteres amicos, in Arenæ curia post epulas in cabinetulo collogetis simulatione deductus, à pratorianis militibus comprehenditur, elisique linteo faucibus strangulatur.

Jovius in vita Adii.

Consules.

Crescentinus consul Romanus ob ejectionem urbe Gregorium V. Pontificem ab Othone III. Imp. captus, membrisque paulatim mutilatus, & vili jumento aversè impositus, per urbem circumducitur. Postremò ante urbem suspensus mille vulneribus à militibus confossus est. Cusp.

Legati.

Julius II. Pont. anno 1504. id unum efficere nitebatur, ut sibi ad Valentino duce Cæzare Borgia, Forilivii, Cefenæ, & Bertinorii arcus, quas solas in Æmilia possidebat, concederentur. Valentinus Cefenæ arcis tesseram Pontifici dedit. Cum qua profectus Petrus Dovidæ Hispanus, ut ejus possessionem Pontificis nomine acciperet: præfecto, domino suo, dum esset captivus, parere sibi curpe videri, eumque, qui talia petere ausus esset, supplicio dignum esse dicente, ab eo suspensus fuit. Guic. l.6.

Philosophi.

Zeno Citizius, 98. ætat. anno Athenis è schola rediens, pedem offendit, digitumque perfrigit. Manu autem terram sciens, dixit illud Niobes, ηχουα, τι η εως venio, quid me vocas? Max semetipsum strangulavit. Laert. in vita ejus.

Menippus Phenix, Philosophus Cynicus, cum esset ex eorum numero, qui auri cupiditate pruriunt, amissis divitiis laqueo vitam finivit. Laertius.

Philippus Macedonum rex, ut Leone Byzantio sophista sublato, facilius Byzantio potiretur, literas ad Byzantios scripsit calumniam plenas, si voluisset tantum dare pecuniam Leoni, quantum petebat, jamdudum urbe potiturum fuisse. Cives Leonis domum circumfretet. Ille præ metu laqueo vi-

tam finivit: parum philosophiæ præceptis obtemperans. Suidas.

Poeta.

Homerum poetarum facillè principem, quidam ferunt, cum jam senio confectus ad quosdam nautas divertisset, propositumque ab eis ænigma nequisset dissolvere, pudore motum se suffocasse laqueo.

Pilares.

Hipponax poeta jambographus, & amarulentus, graviter ferens, & indignanter, se à Bubulo pictore deformi facie pictum ad propellendam injuriam, tam graviter in eum invecitus est, ut laqueo vitam finire coegerit. Horat. in Epodo. Qualis Lycambæ spreus infido gener. Aut acer hostis Bubulo.

Virgines.

Molpia, & Hipponax Scedasi filia, ob eceptam sibi à duobus juvenibus Spartanis pudicitiam; laqueo vita finierunt. Diad. Sicul. l.15.

Milefii virgines, ut scribit Plutarchus, furore agra, nulla de causa vitam suspendio finiebant. Decreverunt Milefii, eas virgines, quæ suspendio morerentur, nudas cum laqueo efferri. Virgines pudore perterritæ tam inhonesti funeris, ad mentem redierunt. Polyæn. l.8.

Caphronia virgo Vestalis, stupri comperta, suspendio affecta est. Tiberii Imp. crudelitate, immatura puellæ, qua morte tradito nefas esset Virgines strangulari, vitiatæ prius à carnifice, dein strangulabatur. Suetonius.

A quibus strangulati, Puta à Seiphi.

Achitophel cum videret Chufai consilio Absalon regem potius quam suo obtemperasse, revertens domum suspendit se. 2. Reg. cap.17.

Erigone Ægypti, & Clitemnestræ F. postquam Orestem patricidam Ateopagitarum judicio absolutum cognovit, laqueo vitam præ morte finivit. Diab. l.6.

Dejanira Hercules uxor, cum tunicam Herculi à se missam, veneno pro philtro tinctam fuisse cognovisset, eoque Hercules infectus seipsum exulisset in monte Oeta, suspendio semetipsum necavit. Sabell. l.6. Ann. 1.

Arachne Lydia puella, lanificii peritissima agrè ferens opus suum à Palladæ (qua cum certamen suscepserat) contractum, laqueo gulam præfocavit, & in araneam conversa est. Ovid. l.6. Metam.

Menon Syriæ præfectus, & Semiramidis maritus, cum à Nino Assyriorum rege precibus, & minis fatigaretur, ut formosissimam uxorem ei concederet, laqueo vitam finivit. Diad. Sicul.

Epicharis liberta, metu Neronis, adversus quem conspiraverat, prodita à Volusio præfecto navalium, seipsum strangulavit. Politan. l.8.

Uladislaus Jagello Poloniæ rex contra Cruciferos Borussiae Lituatorum auxilia ducebat. Hi cum excurtionibus, & direptionibus pagorum, ac matronarum, ac virginum stupris omnia replerent, Polonorum fremitu à rege inquitio facta est: ubi auctores duo Lituani inventi, Vitoldi principis iussu sibi ipsi patibulum erexerunt, & suis uterque manibus patrio more sese suspenderunt. Cromerus l.6.

Magistratu.

Exempla ex præcedentibus. Quomodo, quo instrumento. Puta Laqueo.

Nec hic exempla deesse possunt.

Diademate, Fascia.

Monyma regina, Mithridatis uxor, victo illo à Rom. detractum è capite diadema collo circumligavit, seque suspendit, & cum corporis pondere laqueo disruptus esset, dixit: Excerant diadema, neque in tam tristi ministerio mihi profuisti? Moxque cum super illud humi abjectum inspuisset, eunucho regio seise jugulandam obtulit. Plut. in Lucullo.

Velo navis.

Sub Areadio, & Honorio Imp. Gildo Comes imperium Africae affectans, à fratre Mafcezel, vel Mafcezel proditus, & prælio commisso, victus, in fuga fratris iussu velo navis strangulatur. Cusp.

Nervo arcus.

Turcarum regis in trucidandis fratribus, velis, qui de stirpe sunt regia, nervo arcus utuntur, non ferro. Chalcodas l.2.

Torque.

A Ingematus Rex Gothorum, & Sueonum contra Haraldum Daniam regem bellum susceperat. Uxorem habebat Canam, Haraldus in sanguinem: quæ inita cum proceribus conspiratione, admittit clam intra cubiculum, maritum à summa trabe catena aurea suspendi curavit, non procul ab eo loco, in quo nunc Holmenfis civitas edificata conspicitur. *Joan. Magnus l. 8. c. 3. & 4.*

Grimmerus Sueonum, & Gothorum tyrannus ab hostibus comprehensus, in sublimem furcam elevatus, catena ferrea strangulatus est. *Joan. Magnus l. 4. c. 3.*

Ubi strangulati. Puta
Ex Arbore.

Helena post mortem Menelai, à Megapenthe, & Nicoftrato filii Orestis fugata, in Rhodom ad Polyzo uxorem Tlepolemi pervenit. Cui cum suspecta esset, à famulis ejusdem mandato in arbore suspensa perit. *Pausanias.*

Cyzicum Æneæ filium narrat, cum recens uxorem duxisset Clitem, congressum per ignorantiam cum argonautis, interiit. Clite prostratum ipsum amplexa, ac vehementer lamentata, noctu clam ancillis ab arbore se suspendit. *Parthenius de Amat. c. 28.*

E Vite.

B Prusænses expugnati ab Andronico suspensi de vitibus fuerunt, ad terrendas volucres. *Nicetas l. 1.*

In cubiculo.

Valentinianus junior Imp. Viennæ fraude Arbogasti Alatorum præfecti, noctu in cubiculo strangulatus est, suafu Eugenio pädagogi, qui tyrannidem invasit. *Cusp.*

Joannes Antonius Ursinus, princeps Tarentinus, qui bello Neapolitano Joannem Andegavensem contra Ferdinandum Aragonum secutus fuerat, longa quartana confectus, cum Tarentinorum legatos ob initium cum rege Ferdinando consilium susceptos securi se percussurum minatus esset, & puer minas hæcce legatis indicasset, ab iis noctu cubiculum ingressus strangulatus est. *Pon. l. 5. belli Neap.* Invaluit opinio, à quodam ejus aulico, magnis largitionibus à Ferdinando corrupto, lacinia lodicis elisis faucibus extinctum fuisse. *Riccus l. 4. Neap. regum.*

In Carcere.

P. Corn. Lentulus Sura, prætor urbis, comprehensus in conjunctione Catilinae: item Cethegus, Statilius, & Gabinus, in C. carcere jusu fenatus strangulati sunt. *Salsustius.*

Ante portam.

Arnulphus Imp. Bergamo capta, Ambrosium ejus loci principem ante portam urbis laqueo suspendit. *Sigeb. in Chron.*

Cut. Caula.

Dorotheus, & Gorgonius martyres, pro Christiana pietate vitam suspendio finiverunt sub Diocletiano imperatore: mortuorumque corpora famelicis canibus objecta sunt, quæ illata remanserunt. *Surtus Tom. 5. die 9. Septemb.*

Securis.

Judas Igarionthes discipulus Christi, postquam à Judæis triginta argenteos accepisset, & Salvatore humani generis prodidisset, desperans laqueo finivit vitam. *Abavum 1.*

T. Manlius, non is, qui filium securi percussit, sed alter, juris Pontifici peritus, iudex inter Macedones accusatores, & filium Syllanum constitutus, audita causa ita pronunciavit: eum probatum sit, Syllanum filium meum pecuniam accepisse ipsum Republ. & prole mea indignum iudico. Itaque Syllanus à patre repudiatus, dolore animi se suspendit proxima nocte: D. ejus exequiis neque pater interfuit, neque suadentibus, ut adisset, aures præbere voluit. *Val. Max. de Sever.*

Alexander, & Aristobulus Herodis filii, suspecti de factis patri infidiis, accusante patre, Berytu in confessu ci. vitorum capitis damnati, & mox Sebaste strangulati sunt: corpora in Alexandri arce condita. *Jeseph. l. 16. & 17. Antig.*

Canutus Danorum rex, cum aliquando Latrones quosdam suspendi iussisset, unus ex iis hæc ratione liberum se fore autumans, regio se nempe stemmata proclamavit. Cui Canutus respondit: Turpe est, nobis sanguine junctum plebeja morte plecti: regni nostri munus est, aliquid honoris præ cæteris ei exhibere. Itaque de nautica pinu eum suspendi fecit. *Helmoldus in Sclavorum chron. c. 50.*

Pseudobaldwinus quidam, Bernardus Rhenensis Fulgoso dictus, Baldwinum Cæsarem Adrianopoli cæsum falso se

venditans, fraude deprehensa, recte suspensus fuit. *Emilius l. 7. & Fulg. J. 9. c. 16. Crantz. l. 7. c. 22. Metropol.*

Calluce filia Lyci, hominis sanguinari, & hospites immolantis, relicta à Diomedæ (quem Troja redeuntem benigne susceperat, & à patris libera verat infidus) laqueo se suspendit. *Jubas l. 3. rerum Afric. apud Plut.*

Phyllis Lycurgi Thracum regis filia, agræ ferens se relictam & sprætam à Demophonte Thesi filio, quem unice deperibat, & ab expeditione Trojana redeuntem hospitio exceperat, laqueo se præfocavit, in amygdalum postea (ut fabulantur poetæ) conversa. *Ponranus l. 3. de Stellis.*

Phedram Hippoliti novercam furæ Veneris usque adeo torruerunt, ut laqueo spiritum suum interceperit, quod privigni concubitus non posset exorare.

Amata Lavinia mater, agræ ferens filiam Æneæ junctam, quam contra votum patris Turno nuptum dari volebat, seipsam suspendit laqueo. *Virgilius l. 12. Æneidos.*

Iphis puer liberali facie, cum Anaxarem puellam incredibili amore persequeretur, neque tandem redamaretur ab ea, laqueo se suffocavit.

Aque onus infelix elisa fauce pendit. *Ovidius l. 14.*

Cidica Commiini Laurentini uxor, dum Comminium privignum ad concubitum non posset inducere, se suspendit. *Dofubens apud Plut. in Paral.*

Archilochus poeta Parus, repudium, ac repulsum passus in nuptiis Neobules, Lycambis filia sibi promissa, Jambis à se primum reperit infectus adeo, & graviter Lycambem ipsum devovit, & insectatus est, ut cum cum filia ad furcam impulerit. *Horatius.*

Archilochum proprio rabies armavit Jambos. *Et Ovid. in Ibin.*

Polymedon se perges, in temibili liber Jambos. *Tindæ Lycambe sanguine tela dabit.*

Aspasia virgo stuprum Tartari Melitenfis tyranni fugiens, seipsam suspendit. *Anton. Liberalis in Transform.*

Erigone audita patris Icaris morte, laqueo se suspendit. *Ovidius in Ibin. Statius l. 5. Sylvæ.*

Parvus exinidum se vorum crimine agrestem. *Fleverat Icarium.*

Audolia Olyffis mater, cum falso nuncio audivisset filium G. apud Trojam occubuisse, laqueo vitam finivit.

ARMIS, SCUTIS.

Tarpeja Tarpei præfecti F. cupidine ducta armillarum, quas gerentes videbat Sabinos, oppugnantes Romulum, prodidit arcem, pacta conditionis mercede, quæ lavis manibus ferere. Eaque conditione Tatius unam noctu refera vit portam, qua Sabinos recepit. Tatius iussit suis, ut conventorum memores, quæ finitris ferrent, omnia congererent in illam. Ipe ante alios detraxit manu armillam, unaque cum hæc scutum ei iniecit. Cum idem facerent omnes, auro illa iniecto, scutisque obruta, numero, & pondere oppressa est. *Plut. in Rom.*

Frothoni I. Danorum regi soror Ulvilda inviolabilem sero vestem donavit, ut nulla vi telorum læderetur. Hic dum Regnerum Sveciæ regem falso prodicionis infundatum bello læcessit, armorum pondere, & actu suffocatus interiit, Haladano, Roë, & Scato filijs relictis. *Saxo l. 2.*

PRESSURA.

Triumvir quidam regis Joram in Isracl, cum Samaria à Syriis obfessa extrema fame affligeretur, & Elisæus postridianum liberationem urbis, omniumque rerum abundantiam prædiceret, ille quidem mendacii prophetam arguit: ac sequenti die juxta verba vatis propter incredulitatem in porta Samariæ turba oppressa interiit. *4. Regum.*

Ad spectacula Jul. Cæsaris Romæ edita tantum undique confluit hominum, ut plerique Advenæ aut inter vicos, aut inter vias tabernaculis positus manerent, ac sæpe præ turba clifexanimatæ sint plurimi, & in his duo fenatores. *Suetonius.*

Coilus Britannorum rex, bello peritus à Pictis, & Scotis: cum hi castra noctu essent adorti, à tergo verò illi impressionem facerent, turba fugientium oppressus interiit. *H. Boet. l. 1.*

Benno Aldengurgensis Episcopus à Vandalis infidelibus pul-

pulsus, ad Hildesheimensem præfulem Hervuardum confugit. Ab eo humanissime susceptus, cum intraret Ecclesiam monasterii sancti Michaelis in Hildesheim, quod Hervuardus nuper fundaverat, à populo compressus, & attritus, post paucos dies vita functus est. *Crantz. lib. 3. Metrop. 51. ex Helmoldi lib. 1. cap. 18.*

Albertus I. Austriacus, cum cæso Adolfo Cæsare Aquigranian. Christi mortem coronaretur, in tanta hominum multitudine, cum alii, tum verò etiam Saxoniz Dux Alberti fororibus pressura perit. *Cuspinianus.*

Sub Nicolao V. anno mccccl. pronunciatum Jubileo tanta multitudo Romam venit, quanta nunquam antea. Urcum semel è Vaticano, visa Salvatoris imagine, ad urbem redirent, facta obviam mula quadam Petri Barbi Cardinalis, cum neque venientes, neque redeuntibus obsequentem multitudinem cedere posset, cadentes uno atque altero super mulam illam jam à multitudine oppressam, ad oc. Hominum corpora, & equos tres obruta, & suffocata sint in Hadriani ponte. *Sabell. lib. 5. Enn. 10. & Platina.*

In nuptiis Henrici Imp. Friderici II. F. Norimbergæ celebratis, multitudo hominum suffocati quidam perhibentur. *B. Cuspin.*

PULVINO, VESTIBUS INIECTIS.

Polycrita puella, cum Naxios obfodione liberasset, Diometo Erythræorum duce in sui amore pertraxit, ut exercitum proderet: Naxii magno desiderio puellam certatim honorare cupientes, alii vitriis, alii cingulis eam circumdederunt. Ita ut pondere eorum, quæ iniecta erant, oppressa suffocaretur. *Parthenius in Amatorii. ex Andriso. de reb. Nax.*

Draco Atheniensium legislator in theatro apud Æginam præfocatus, sepultusque est, petasos, vestesque omnifariam concientibus in eum universis. *Cælius lib. 10. cap. 6. l. 1.*

Mithridates Armenia rex, à Radamisto nepote, & genero unâ cum uxore, ac liberis, culicibus capiti iniectis, suffocatus est. *Fulgosus lib. 9. cap. 6.*

Demetrius veneno potionebus, pulvino suffocatur à fratre Perseo, ut solus patris in regno successor esset. *Sabell. lib. 8. Enn. 5.*

Tiberius Imp. cum in morbo non acuto aliâ decumberet, aliâ convalesceret, veritus Cæsar Caligula, ne valedicem recuperaret, nec cibum petendi Tiberio dedit, quæ sit incommodaturus ei esset, & multus, ac densis frugibus iniectis, quasi calefactione opus esset, eum suffocavit. *Zonaras, Suetonius, & Dion.*

Fridericus II. Imp. anno imperii 37. ætatis 57. e die, qua olim Imperator rex designatus, cum in Apulia apud Florentiam ex accepto veneno graviter laboraret, ac tandem medicorum diligentissima opera ex longa convalesceret agritudine, à Manfredi spurio ori iniecto pulvino suffocatus est. Sive ab hostibus corruptus id fecerit, sive qui Siciliæ regnum affectaret. Alii Florentia illum tradunt sepultum, alii Panormi, quod verisimilius est, alii Tarenti: tam occultè est mortuus. *Cusp. & Jovius in Martini Magni vita.*

Joannes XI. Pontifex, seditione militari, maxime verò à militibus Guidonis Comitis captus, & in vincula conjectus, cervicali in os coniecit necatus, pontificatus sui anno 13. *Sigeb. & Platina.*

Carolus Parvus, Robertis Siciliæ regis filius, Joannem fratris sui Andree uxorem pulvillo ori iniecto enecavit, quod illa maritum suum interfecisset. *Volater.*

ÆSTU SUFFOCATI.

Thales Milesius Olymp. 54. dum spectaret ludos Gymnicos, æstu suffocatus obiit. *Laert. lib. 1. cap. 10.*

Minos rex Cretensium, repositurus Dædalum in Siciliam fugientem, à Cocalo rege Siculo in balneo nimmio æstu suffocatus est. *Diad. lib. 4. cap. 13.*

Nico pauperima anus spicas legens æstu interiit. De qua sic Philippus in Græcis Epigrammatis, us. *παυχὴς ἄνθρωπος οὐκ ἐπιβουλεύεται πλούτῳ.*

Fautta Constantini Magni uxor, in matris Helenæ gratiam, Prisci filii casum dolens, quod ob futicionem tantum L. B. Theatr. vita Hum. Tom. V.

quasi fastam novercam tentasset, fuisse occisus ab Imperatore, balneo fervido suffocata fuit. *Suidas.*

Cum singulari certamine apud urbem Meldensem in Gallia, Maugotus, Maubertus, Focherus Doriachus, Julio mense inter vehementes Solis ardores depugnarent: & post primum impetum Fochetus aliquantisper quietus scesisset, animadvertens Maugotum in equo nutare: brachium ejus invasit, atque ad terram ipsum pertraxit: & cum neque ad deditionem appellatus responderet, neque aliter moveretur, detracta galea invenit mortuum. *Fulgosus lib. 9. c. 12.*

EXTINCTIONE CALORIS NATIVI

per frigus, Frigore extincti.

Delphis ostendebatur eorum, quid succurrendum Bacchis, à vento procelloso, & nive occupatis, Parnalum confederant, vestes ita indurate à gelu, atque in lignum obrigentes chlamydes, ut etiam dissecarentur, & lacerarentur, cum distenderentur. *Plut. de Primo frigido.*

Graci è Babylone redeuntibus, qui Cyrum contra fratrem Artaxerxem secuti fuerant, acris inclementia in Armenia miserè sunt afflicti. Plurimum junctorum multitudo frigore enecata comparuit: multi etiam viri extincti inventi sunt: multi spiritus sensusque vegeti aderant, sed rigida gelu membra movere non licebat. Aliis frigus oculos immobiles reddiderat. Postremo cunctos ea pestis absumpsit, nisi paulum progressi in villas, & vicos evasissent rerum necessarium copia refectos. *Diad. lib. 34.*

Murta martyri ab Elpidophoro quodam Arriano in exilium missus, ibi fame, & frigore perit.

Quadragesima Milites martyres sub Licinio Imp. Sebaste Armenie in stagnum gelu concretum collotenus meri iura. Postridie educis, & in fidei proposito permanentibus crucem confrastra sunt. *Mar. l. 5. c. 5. ex Nic. & Sozom. l. 9. & Basil. Magna.*

An. 1020. frigore hyberno enecti sunt Homines non pauci. Constantiz nuper, inquit, Poggius l. 1. de Miseria bum. ubi generale Concilium erat, Hominem intemperie frigidis mortuus equo insidentem in publicum hospitium delatum conspeximus, ita stantem, ut vivus videretur. Obriguere membra singula, adeo ut corpus equo in hospitium devehretur. Quosdam præterea audivimus in iisdem regionibus simili morte perisse.

Anno 1491. hyems severissima fuit. Multi vi frigidis periere. In castris Uladislai regis Ungariæ contra Maximilianum Imp. Calones centum, qui pabulatum exierant. plerique obriguere, pauci jumentorum anhelitu fervati sunt. Nimbis terribis tentoria deiciebant. Sagati milites regem valli inter circumfidentes vix à tanta tempestate conservarunt. *Bonif. l. 1. Dec. 5.*

Anno 1498. sub fine Novemb. septuaginta millia Turcarum per Valachiam in Russiam sese effunderunt, ferro, & igni omnia vastantes, & prædas agentes. Dereperunt intensum frigus, & gelu exitit, & nix tanta decidit, ut circumsepti undique furæ neque progredi, neque regredi possent. Et insolens illud, novumque hominibus illis pariter, & jumentis, minore celo natis, & educatis, accidebat. Ita jumentis plerisque omnibus frigore, & fame confectis, hominum quoque supra quadraginta millia afflisse, & obriguisse memorantur. Multi reperti postea, qui interfectis equis, in uteros eorum exenteratos calentes etiamnum sese illatebraverant, sed nullo opera precio: statim enim calor artus vita, & sanguine destitutos deiebat.

Reliqui, cum in Moldaviâ evasissent, à Stephano Palatino & Valachis, Polonorum insequentium habitum mentitis, contrucidati sunt, ita ut vix decem millia litro transmissa salva evaserint. In religionem hæc res cessit Turcis, ita ut ubi persuaderent, gentem Polonam, atque Russiam divinitus defendi, & vindicari: nec temere deinceps eam gentem bello sibi læcessendam, & infestandam esse. *Crom. lib. 30. & Sabell. lib. 10. c. 5.*

Èa fuit anni 1526. asperitas hyemis apud Moschos, ut multi Veredarii in vehiculis gelu concreti fuerint reperti, multi Pastores, dum pecora Moschoviam agunt, perierint, nisi etiam in vicinas villas iruerint. *Sigismundus ab Herbestem in Moschovia.*

MORS CONSIDERATA PERSPECTU MATERIE PARTIUM AFFECTARUM. QUIBUS partibus quomodocumque affectis mortui.

Utrupa morbis, & affectibus. CAPITIS TOTIUS. Amputatione. Decollati.

Si instrumentum specios, magna ex parte ad Tit. Securi percussis.

Yy

...cuffi, referenda erunt huius lori exempla: que aliqui rationis partis affectu ad hunc ordinem proprii pertinent. Quibus post mortem caput admittit, sub Cadaveris curvam referendi.

Achab Iſraelitarum regis ſeptuaginta Filii Samaritæ ad civitatis opprimatibus, ex mandato Jehu, qui regnum occupaverat, trucidati, eorumque capita in ſicellis poſita Jehu miſſa ſunt.

4. Reg. 10. Sebæ filius Boethri, concitavit populum contra Davidem: & fugiens in Abelam civitatem, ubi putabat ſe habere refugium, & auxilium, decapitatus fuit ibidem. 2. Reg. 20.

Orpheo Thraciæ mulieres ob pæderſtiam, ut Phanocles teſtatur apud Stobæum ſer. 62. Latine ſic:

Amputarunt caput, idque ſtatim unâ, cum teſtudine in mare Thracium abiecerunt, clavo affigentes, ut per mare veherentur ambo ſimul glaucis madida undis. Illa verò mare canum ad Leſbum admovit ſacram. Edebat autem per mare ſonus veluti argute lyre, perque inſulas, & litora ſalſa: Ibi vocale Orphei caput ſepelirent viri, teſtudinem quoque in tumulo poſuerunt argutam, que etiam mutas petras, & Orcei trifidem aquam perſuſione mulcebat. Poſt illud tempus & B canitentiæ, & jucundus citharæ luſus inſulam occupat, quæ omnium maximè muſicis artibus oblectatur.

Aquilli, Vitellii, & duo filii L. Bruti Coſ. Rom. ob tentationem proditionem ſecuri ſunt caſi. Plutarchus in Poplic. Livius lib. 2.

C. Pontius, cum à Fabio Maximo, ejuſque filio contra Samnites pugnantibus victus eſſet, ductus in triumphum, ſecuri percusſus eſt. Livius in Epitome.

M. Antonius Triumvir Judæorum regem Antigonom ab Herode victum ad triumphum ſervare volebat. Verum quia vivente eo Judæos res novas moliri audebat, perductum Antiochiam ſecuri ſubjicit: Romanorumque primus affecit regem hoc ſupplicio, ratus non aſſere poſſe adduci Judæos, ut Herodem pro illo regem conſtitutum admittent, nam ne tormentis quidem adigi poterant, ut appellatione regis eum dignarentur; tanta apud eos fuit prioris regis exiſtimatio. Quare viſum eſt ignominioſa morte obſcurare ejus memoriam, & le nire publicum Herodis odium. Strab. 15. Joſep. lib. 15. cap. 1.

M. Tullius Cicero cum tota domo proſcriptus à Triumviris, cum lacrymis à fratre divulſus, Aſturam primò navi delatus eſt, mox Circejoſ ufque navigavit: ibi ſive navigationis tedio, ſive quòd nondum ſpem de Odravo abjeciſſet, in terram deſcendit, Aſturamque pedibus rediit: incertus, an & Romam revertetur. Hinc liberorum monitu, repetita navi Formias proceſſit. Appianus Capuanum progreſſum ſcribit. Eum circa Formias appellentem corvi inſeſto volatu ab inſaſto appulſu arcere voluſiſe viſi ſunt. Ex litore ad villam ſuam, quæ in proximo fuit, lætica eſt delatus, ubi diutius commorari non eſt auſus, iſdem alitibus garritu, imporroque volatu omnia inſeſtantibus. Referrebat igitur eadem lætica ad navem, cum Popilius Lenas, quem ipſe capitali iudicio olim deſenderat, cum globo militum obviam occurrat. Senſit Cicero eos ad eandem miſſos, continuoque læticam deponi juſſit, & hique ſine gemitu, aut querela ulla tacitus, barbæque ſibi læva manu, ut moſ illi fuiſſe dicitur, demulcens, venientes excepit. Interfici igitur annos natus quatuor, & ſexaginta. Caput ejus cum dextera ad ſe delatum Antonius in Koſtris ſuſpendit, cum prius inter epulas ad ſatiætam ſpectaſſet. Ejuſ frater Quintus, & Quinti filius, haud multo poſtquam ipſe Roma egreſſus eſt, fuerant interfecti. Brutus, Ciceronis morte nunciata, C. Antonium Triumviri fratrem, ad id tempus incolentem ſervatum, Ciceronis filio occidendum tradidit.

Sic Antonius prius fraterno ſanguine, mox ſuo, cum ab Odravio victus, ſibi mortem conſcivit, Ciceronis manibus, immò Rom. potiùs cloquentia, quam læſerat, meritis exolvit pœnas. Sab. 18. Enn. 6.

Galbæ Imp. cum ad conſpiciendam ſeditionem M. Othonis in caſtra lætica perſerretur, caput detruncatum: item Pifoſi, quem Galba ſucceſſorem in imperio Othoni prætulera. Plut. in Galba.

Rubrius Flavius cum à Nerone deſeciſſet, cum à liſtore admoneretur, ut fortiter cervicem præberet: Utinam, ait, tu tam fortiter ſerias. Bruſſ. in lib. 2. c. 1.

Caracalla Imp. cum interfecto fratre Geta, Papiniano I. C. mandaret, ut in Senatu, & apud populum facinus dilueret, ille autem reſponſiſſet, non tam facile paritium excuſari poſſe, quam deſignari: ſecuri perculti juſſit, Spartian.

D. Divius Julianus Imperator à Septimio Severo ſucceſſore

ſuo in abditas palatii balneas ductus extenta damnatorum modo cervicè, decollatus eſt. Sex. Aurelius.

S. Paulus eadem die, qua Petrus Neronis juſſu cruci fuit affixus, in loco, quem montem aureum nunc vocant, via Oſtienſi, quia civis Romanus ſecuri percusſus. Volaterranus lib. 22. Anbroſ.

In Martyrum turba innumerabili infinitos reperias, capite multatos, non clementia perſecutorum hominum crudeliſſimorum, ſed quòd confuſus hominibus aliis crudelitatis inſtrumentis, gladius unicus ſuperheſſet, quo Chriſtiani è medio tollerent.

Theodora virgo Antiochena ſub Diocletiano pati extincta eſt morte. Martyrolog. Rom. 3. Aprilis.

Julia Comes Eulaliæ, ſub præſide Daciano capite truncata Adonius apud Volat. lib. 16. Anbroſ.

Margarita virgo Antiochena, in patria ſub Olybrio præſeſto, poſt multa ſupplicia, capite truncata eſt, annorum xv. Volat. lib. 17. Anbroſ.

Victor præſul Cartæje urbis Hiſpaniæ, ſub Maximiano, non procul Mediolano, hoc ſupplicio vitam finiavit. Sabell.

Andronicum Martyrem Maximus præſeſ circa venterem papyris inflammatis fecit exuri, clavos ignitos ejus digitis apponi, ignitum ſerrum in os immitti, dentes excuti, conſectis maxillis linguam abſcindit, ad extremum capite puniri. Sarius Tom. 1. 27. Februarii.

Leodegarius Auguſtodunenſis Epicoſ ab Ebroino, poſt famem, carceris ſqualorem, oculorum vulſionem, plantarum conciſionem, linguæ, & laborum exciſionem, tandem capite quoque truncatus eſt. Siegb. in Chron.

Philippus Imp. qui prius Cordianum Imp. ſuum fraudulenter circumventum necaverat, & imperium arripuerat, à militibus Veronæ caſus eſt, medio capite præ ordinem dentium præſeſto, expeditionem ſuſcipiens adverſus Decium, quem invitum milites Illyriciani ſiſtris enſibus Imperatorem ſecerant. Cuſp. ex Eutropio, & Sext. Aurelio.

Sopater philoſophia, Jamblichi diſcipulus, cum in magna apud Conſtantinum Magnam fuiſſet auctoritate, calumniam ab inimicis paſſus, quòd cauſa caritatis annonæ Conſtantinopolis fuiſſet, inſons juvenis Imperatoris juſſu ſecuri percusſus eſt. Euan. in lib. Sophiſt.

Mauricelus genere Cappadox, ſucceſſor Tiberii, ob avaritiam militibus exoſus, à Phoca centurione limitis Scythici capus, ſecuri percusſus eſt. Volat. lib. 23. Anbroſ.

Hermenigildus à Leovigildo Hiſpanorum rege, licet liberorum matris maximus eſſet, ſecuri percusſus eſt, quòd Ariarum ſeſtam non probaret. Ritus Neapol. lib. 1. Reg. Hiſp.

Ranimitus Gothorum rex ex monacho factus, & à Proceribus ob equitandè impertiam irriſus, eos ſecuri percusſit: id unum veraculâ dicens lingua: Ne ſabe las volpeſe con quien troppesa, Neſciebat vulpecula, cui illuderet. Collenuti. 1. 1. Hiſt. Neapol.

Boſo rex Arelatenſium ob alapam Epicoſo Arelatenſi impaſtam, quòd contra ſuum mandatum in abſentia ſui, ſacra natalia Chriſti noctu proſecutus eſſet, ab Othone I. Imp. ſecuri caſus. Monſterus lib. 2. Coſmog. de Arelato.

Herculanus monachus ſanctiſſimus, & magni Gregorii pont. nutritor, Epicoſus Peruſinus, à Totile regis præſeſto (qui poſt ſeptem annos obſidionem Peruſium expugnavit) capite truncatus, debet excoriatus, tandem è muro præcipitatus eſt. Sub Juſtiniano Imp. Hæg. lib. 3. Dial. 13.

Comradus Suevus à Carolo, quem Neapolitani Primum vocant, anno Salutiſ 1268. in poteſtatem redactus, octavo die Neapolim ductus, publico iudicio rei capitalis damnatus, & ſecuri percusſus eſt. Ritus Siciliæ.

Cabrinus Fundulus Cremonenſium tyrannus aſtu à Philippo Vicecomite Mediolanenſium capus, medio in foro Mediolani capite plexus eſt. Fulg. 1. 9. c. 11. & 10. in Pbilipp.

Marſilium Carrarium (Franciſci filium, qui principatu exceſſerat, à Venetiſ bello victus) ex Pannonia accerſitum Philippus Vicecomes bello Venetiſ illi tandem magnis ſollicitationibus perſuulit, ut Marſilo quodam proderent, pecunias, arma, & omnia ad urbem tuendam pollicitus. Et jam Marſilius negotiatorio habitu, paucis comitatus in Vicentinis proceſſerat, hic demum agnitus, cum hiſ, qui ejus lateri hærebant, captus eſt, Venetiſque per ductus, cognita reſcitibus cauſa, cum duobus Philippi amicis, qui dati fuerant illi comites, ſecuri ſubſcicute: in proditionis conſocios publicè animaverunt. Sabell. lib. 2. Enn. 10.

Ladilaus

Ladilaus, & Mathias, Jo. Corvini filii, ſublato in Belagradi arce è medio Ulrico Ciliæ comite, regis avunculo, Corvine domus perſecuto hoſte, regem Ladilaum Themefuaro abeuntem, Budam ſequebantur, familiariffimè cum eo verſabantur, habitu inter primos. Ut Budam perventum eſt, capſi ſunt, & cum iſ primariis amici, veluti Ciliæ mortis conſcii, & inſidiarum, quæ regi pararentur, artiſices. Tertio die Ladilaus capitali ſupplicio multandus, prætori traditur: & inclinante jam ſole, prælato pullo, lugubrique vexillo, in plateam, revinctis poſt tergum manibus, educitur. Demiffis crinibus, arduo capite, & aurea veſte, quam à rege acceperat, incedens, ad necem prodit: huc, & illuc gemebundam plebem impavidus aſpicit. Cum ad locum cædi præſtitutum proceſſiſſet, liſtorem crines colligere jubet: mox pauca pro ſui purgatione loquutus, & genua fleſcere juſſus, paruit: nullumque trepidationis unquam indicium prætulit. Præco, qui damnatorum facinora ex more publicat, nil aliud impetrato ſilento enuciavit, niſi reges tales pœnas à perſidiis, inſidiislibuſque fuiſi exigere. Liſtor à prætorè gladium in cervicem formoſiffimè juvenis ſtringere juſſus, commiſeratione, ac metu juxta correptus, icthus tres inculit: & nondum caput abſciderat. Ladilaus ne lethali quidem vulnere læſus, B vi magna erectus, deorum, hominumque juſtitiam appellat; ſe non ultra à liſtore petendum exclamat: quartum liſtori idem, ex lege interdictionem eſſe miraculum pro læſo innocenti numine interceſſiſſe. At verò nulli proceres, qui è Sigifmundi palatio præſidente rege ſpectabant, & Ladilaum necem anhelaſtant, liſtorem increpant; & enſe cervicem repetere jubent. Quare vix quinto idu obtruncatur, annos natus quatuor de triginta. Corpus aut panno involutum, ad divæ Magdalene baſilicam clatum, & ante lucem clam evectum, in adicula corporis Chriſti, que in ſuburbii clivo ſita eſt, in particidarum, regaliumque proditorum monumenta relatum eſt. Rex perſidia turpitudinem, notam perjurii, violatæ fidei, & execrabiliſ inſtantiaſ crimem libuſit, & anno vix dum exacto perit. Quo mortuo Mathias è Pragenſi carcere educus, rex Ungariæ declaratus eſt. Turcarum & aſtriacorum terror. Michael Zilagus avunculus cadaver Ladilaus inſami tumulo eruit, Albamque in Tranſilvaniam tranſlatum, prope parentis monumentum collocavit. Boniſin. lib. 8. c. 9. Dec. 3.

Hieriaſ ſcriba, & Boemicarum rerum procurator, de intentatis Mathiæ Ungariæ regiſ inſidiis accuſatus, quamvis conſtanter negaret, Viennæ decollatiſ ignavo vulnere. Boniſin. lib. 6. Dec. 4.

Maria Brabantina, à Ludovico Bavaro Imp. ob ſuſpicionem adulteri, cum Henrico Ruchone decurione equiſtri, ad quem literas ſcripſerat, indiſta cauſa ſecuri percusſa. Cuſp. in Caſar.

Cichus Simoneta, vir de ducatu Mediolanenſi optimè meritus, à Roberto, & Ludovico Sanſeverino ab exilio reverſis, in quo miſi fuerant ob ſeditionem, ſecuri in Ticinenſi arce injuſte percusſus eſt. Fulg. lib. 6. cap. 12. & Sabell. lib. 7. cap. 8.

Franciſcus Carmiſiola obſcuriſſimo loco natus inter Allobrogas quamvis non malè meritus de Philippo Vicecomite, Mediolanenſium Duce, cum eum fugiens ingratum Principem vitæ ſuæ inſidiantem expertus eſſet, vitabundus ejus dolos, in Senatu Veneti tutelam Venetiæ, cum uxore, & reliqua familia conſugit. Qui tanta cum benignitate excepit, ut nihil iracundiam tanti principis veritus, ei ſummam totius Reipul. ſuæ veluti mancipio crediderit. It tandem poſt clarum victoriam Macloſidentem fuo ductu, auſpiciuſque ex hoſte pariam, Cremonam urbem è manibus elabi paſſus eſt.

D. claſſem Venetam in Pado agentem neglexit, & de tota re Venetiæ literis manu ſua ſcripſit cognitum, perſpectumque fore, cervix ei publico decreto inter geminas columnas abſciſſa eſt. Egnatius lib. 5. cap. 3.

Paulus Vitellius, Florentini exercitus contra Piſanos præſeſtus, ob inſeliciter tentatam Piſarum expugnationem, copiarum in hyberna diſtributionis conſtituendæ ſpecie ab legatis Florentinorum Caſſianum vocatus, capus, indeque Florentibus acerbe vexatus, ſequenti die ſecuri percusſus fuit. Parum abuſi, quin unâ cum eo frater ipſius, ad quem legati eodem momento, qui eum caperent, milerant, in eandem calamitatem incidit. Sed Vitelloſus ita ut erat, morbo circa Piſas contracto, æger, dum imperio ſe parere velle ſingens ſtrato egreditur, dum ſe induendo tempus interpo-

nit, aliquot ſuorum, qui accurrerant, ope, equo conſenſo Piſas ſe, ubi ſumma, cum lætitiâ accepſe eſt, contulit. B Guic. lib. 4.

Baldacius pedeſtrum copiarum haud ignobilis ductor, manu promptus, & audax, cum diu Florentinorum ſtupida meruiſſet, in palatium tandem accerſitus, dum magiſtratuſ contumaciter reſpondet, ex aliſſimis ſenſitris in forum præcipitatus eſt, & quamvis jam expiranti, cervix abſciſſa. En. Syl. cap. 54. Europa.

Americus Cibachus epicoſus Varadinenſis, vir præſtantiffimus, à Joanne Sepuſio rege Hungariæ, Tranſilvania præſeſtus, ab Aloyſio Gritto, Andrea Venetorum principis notho, cum in Pannoniam à Solymano ad Joan. Sepuſium regem cum ampliffimis mandatis ablegatus eſſet, per fraudem Jani Docie capite truncatur, quòd ipſi quondam in quadam altercatione vociferanti alapam impigieſſet. Cæterum audita Americi cæde, propinqui provincialesque ſermè omnes incredibili dolore concepto adverſus Gritum conſurunt, & duce Stephano Mailato in oppido Megeſ Gritum obſeſum comprehenderunt, caputque ei ingenti machæra detruncant. Docia diſcerptus eſt. Joſuſ 32. in hiſt.

Lotrechii Gallici exercitus in Italia contra Caſarinos Imp. Mediolanum ad ventu, ad terrendos inſubrum animos, Chriſtophorus Pallavicinus ſummæ nobilitatis, & pacati animi regulus publicè ſecuri percitur: quem antea nequam capitalibus, quæ majeltatem reſpicerent, delatum criminibus, & nihil tale verentem, Leſtus violatiſ hospitalis menſe turibus, direptaque ejus opulentiſſima domo, apud Buxetum ceperat. Joſuſ in Piſcario 2.

Thomas Morus Angluſ, regis cancellarius, & Joannes Fiſcherus Epicoſus Roſſenſis, cum regis Anglorum Henrici 11. X. novum matrimonium, repudiata priore uxore, non approbarent, neque regem ſupremum caput Eccleſiæ poſt Chriſtum in terris eſſe ſateri vellent, hic quidem 23. Junii, ille verò 7. Julii, Londini ſecuri percusſi ſunt, anno Chriſti 1535. viri ætæna memoria pietatis, & eruditionis nomine digniſſimi, Angliæ ſimul, & totius Europæ lumina. Sarius in Comentarior.

Thomas Moneratus hæreticus ſeditioſus, Franchuſii capus, & Mulhuſii oppido Thuringiæ gladio percusſus eſt, caput ad ſitum haſte, & mediis in campis collatum. Item in an. G num 1525.

Alliſſone. Xenocrates Chalcedoniſ philoſophus noctu ſine lumine domum perambulans, patellæ caput illidens perit. Fulg. lib. 9. cap. 12.

Perſæ venificos vi eo compellabatur, ut in amplo lapide caput impingerent: ruſſuſque alio ſuper inducto, illud eſtingerent. Alexander lib. 3. cap. 5.

Puer Elæus ænæ bovi Cyrcætorum donario, in Alti poſico, per luſum caput illidens perit. Pauſaniæ lib. 1.

Phaſelus, Herodis Anapæ ſtater, per proditionem à Parthis captus, & Antigono hoſti deditus, muro caput aliſſit, Joſep. 6.

Cum L. Opimius conſul. C. Græchum agrarias leges contra auctoritatem ſenatus ferre molentem ſuſtulſſet, Herennius Siculus (quo & aruſpice, & amico uſus ſemper fuerat Græchus) comprehenſus, dum in carcerem traheretur, capite poſti carceris illiſto ſpirituſ deſpoſuit. Valer. Max. lib. 9. cap. 12.

Petrus de Vincis Capuanus, juſriſperitus, à Friderico II. Imper. cujus ab archivo fuerat, ob proditionis ſuſpicionem relegatus, capite parietis illiſto, mortem ſibi intulit, compoſito H prius de Conſolatione libello.

Carolomannus, Caroli Calvi F. dum fugientem puellam ſequitur, impetu equintra humile oſtium illatus, corporis compagem ſolvit. Cuſp. in.

Andreas Dandulus claſſis præſeſtus, cum quatuor millibus Venetorum captus, cum Genuam dueretur, coties tritremicam impigieſt, ut antequam Genuam ventum eſſet, expiraret. Sabell. lib. 1. Decad. 2.

Petrus Bemboſ Cardinalis, cum Patavii caput oſtium imprudens impigieſt, lenta febre conſumptus obit. Hieron. Carimb. lib. 2. de Viſis Pontif.

Vulneribus.

Vide Tit. Clavo occiſorum.

Sifara Dux exercitus Jabin regis Canani, victus à Barac Abinoam F. Nephthalenſi, & Jaele uxore Hebræi Benæi in Yy 2 fuga

fuga susceptus, clavo per tempora adacto dormiens interfectus A etc. *Judicum c.4.*

Dolore.

Colomannus Ungariae rex erga fratrem Almuu, & nepotem crudelis, quorum alterum excecari, alterum castrari iussit, ut filio suo Stephano stabile regnum relinquere, capitis dolore periret. *Bonif. lib. 5. Dec. 2.*

Narrant in oste calvariae Mulieris, quae jam biennio ex capitis dolore mortua fuerat, ne quicquam agentibus medicis, inventum argentum vivum pondere duarum unciarum Nemp colligebatur sensim in cerebro, cum quotidie fucio uretetur, ob humidum, quod siccio cogitur. *Card. de Subtil. libro de Mysteriis.*

Tumoribus, Ulceribus.

Diogenes Romanus Imper. a Michaele Parapinaceo privilegio suo, oculis orbatus, nullamque sortitus curam, capite intumuit, ac vulnera putrurunt adeo, ut vermes hinc prodirent. In insulam Praten abductus obiit. *Cuspin.*

Cum Imp. Leo IV. Copronymi F. infano pretiosorum lapidum amore duceretur, coronam quoque Heraclii in magna aede dedicatum gestavit in publicum progressus. Inde domum reversi caput carbunculis graviter est affectum, vehementissimaeque cum extinxit febris. *Cadrenus.*

SUMMI CAPITIS.

Vulnere.

Mistavo Vandalorum regi, Bernardus Saxoniae dux filiam suam in uxorem pollicitus fuerat. Repulsam inde passus Mistavus in Saxonem arma movit: & quia se canem, hoc est, Ethnicum nominari audiebat, Aldenburgi sexaginta Presbyteris ceteram populi in modum crucis incidit: sicque eos circumducens, probis, & verberibus afflixit, donec viribus destituti animam efflarent: reliquos canonicos pecudum more jugulavit. *Crantz. lib. 3. Metrop.*

Fredericus II. Imp. contra Gregorium IX. in bello suscepto, Roma obsesta, multos sacerdotas captos, cruce verticis incisae exanimavit. *Stumpfius.*

AURIUM

Tumore.

Verus, M. Antonini Philosophi Imp. F. vomica post autem obiit. *Cuspin.*

Exusione.

Caesarem militem Artaxerxis, de Cyro rege interfecto gloriantem, Raryfatis mater are fervente in aures infillato excarnificavit. *Plutarchus.*

LINGUAE.

Pulsibus martyri Persa, lingua per cervicem extracta necatus traditur. *Martyrolog. Rom. die 21. Aprilis.*

GINGIVARUM.

Duci Nive mensi mortuus est nuper Octimestris puer, mortis causam cum anxie una cum medicis, qui illi agro adfuerant, exquirere, non aliam invenimus, quam gingivarum ex duritie contumaciam majorem, quam quae aetati illi conveniret. Sic enim prorumpere, & viam sibi moliri dentes ipsi per se non poterant. Cujus sententiae id extitit argumentum, quod recessissimis scalpello gingivis, dentes omnes veluti in prociectu ad egressum apparuerunt, si tantum illi vivo hoc remedium, & auxilium non defuisset. *Parvus l. 23. c. 67.*

FAUCIUM TUMORE,

ANGINA.

Jo. Magnus Upsalensis Archiepiscopus Gothus, ann. 1544. D. Romae ex angina perit, anno exili vigesimo: is, qui historiam Gothorum, & Svecorum scripsit. *Olaus lib. 19. c. 30.*

MAMILLARUM.

Agatha Carthaginensis virgo, pietatis plena, & Martyr, sub Gallo mamillis torta est. *Volat. lib. 13. c. 3. Antrop.*

COSTARUM.

Fractura.

Ludovicus, Ludovici Pii F. Germania Rex, ex solario caesarem faciens, costam fregit: & dehinc, licet morbum occultaret aliqualid, tandem in palatio Francofurt. mortem obiit, sepultus Lorissa prope Vvormatiam, in cenobio S. Nazarii. *Cuspin.*

MEMBRANAE SUCINGENTIS

Pleuritide.

L. Crassus, cum esset quaestor, & in senatu multum contra Philippum consulem esset invehens, negassetque illum sibi videri consulem, cujus non esset ipse senator, laterum dolore

obiit. *Cicero lib. 3. de Oratore.*

Paulinus Nolanus Episcopus, vir sanctissimus, D. Ambrosii F. discipulus, pleuritide obiit. *tom. 3. Suri, 22. Junii.*

Gelasius II. Henrici V. Imp. arma fugiens in Galliam, concilium ad ordinandum Ecclesiae statum Viennae habuit, & post paucos dies 4. Calend. Febr. Cluniaci saevo lateris dolore consumptus est. *Signonius lib. 10. regni Ital.*

Carolus Magnus Imper. imperii rebus commotissimus, dum Aquisgranum esset valetudinis causa, propter aquas calidas, quae ibi scauriunt, febre, ac dolore laterum septimo die mortuus, aetatis anno 72. *Platim. Cusp. Sigon. lib. 10. regni Ital. Crantz. lib. 1. Metrop. cap. 18.*

Constantinus Monomachus Imp. ignavissimus, ventri, venenique deditus, podagra mirè extrugatus, pleuritide tandem perit. *Cuspin.*

Bonifacius IX. Pontifex dolore laterum obiit, pontificatus sui anno 14. *Platina.*

CORDIS.

Hydrope.

Maximilianus II. Imp. cum diu palpitatione cordis laborasset, extinctus est ann. 1576. Aperto cadavere in pericardio aqua copiosa inventa est, totiusque pulmo aquae innatavit: in cavitate pectoris supra quatuor aquae libras reperit. Hydropos ergo pulmonis erat, quem palpitatione consequebatur. Respiratione tam impedita, ut ne sequi quidem bibere posset. Mingebat ad sex libras interdum uno die, natura aquam humorem per eas vias exonerantes. Qui motus cum vel sponte subfiteret, vel, ut quidam opinantur, & Agatha Streicheriana medicamentis impeditus fuerit, successissent interim vomitiones, haemorrhoidum dolores atque vigiliae, viribus exhaustis Imp. perit. Eodem morbi genere post XIV. dies Fredericus Palatinus sublati videtur, cui cor crebro palpabat. Hunc crebre in venem delapsam paulo ante hydropticum videri fecerat. Is denno actus, catarrhi suffocantis speciem praebuit. At facta cadavere copiosus in pectore humor repletus est, & cor pituita obfessum. *Ioan. Cratonis medici Caesares 111. hypomnema. Vitr. supra affectus.*

PULMONIS

Ulcere, Phthisi.

Consule tit. Tabae, & macie confecti, quatenus ex Pulmone macies provenit: qua macies Auriculis facultatis, & Nutricis accidens esse videtur.

Parnuche equitatus Xerxis praefectus, contra Graecos Sardibus proficisceretur. Gane sub pedes equi intercurrente, equus territus, sefforem excussit. Eo calu rupta in pectore vena sanguinem vomuit, & post phthisi perit. *Herod. lib. 7.*

Venceslaus IV. Boemorum rex ex pituita affluo destituta obiit, an. 1305. aetatis suae 31. *Dubravus lib. 18. Symphisi.*

Ferdinandus I. Imp. Rom. Viennae Austriae phthisicus obiit, anno 1564. 23. Julii. Corpore aperto pulmones sinistro lateri thoracis ita connati, ut praeterquam culicello separari nequirent, sanie plane corrupti. *Surius in Comment.*

Hydropi.

Maximilianus II. Imp. Vide in cordis hydrope. De Pulmonis Hydrope 2. de Morbis, Hippocrates ait: Febris, & tussis tenet, & acervatum respirat, & pedes tumet, & ungues omnes contrahuntur, & patitur talia, qualia is, qui suppuratus est, sed debilitas, ac diuturnitas. Et si quid infundas, aut foras, aut suffitus adhibeas, pus non sequitur: atque ex hoc sane cognoveris non pus, sed aquam intus esse. Et si multo H. tempore aure ad latera adhibita, audire tentaveris, & bullit intrinsecus vel ut acetum. Et haec quidem aliquid parit, & postea erumpit ad alvum, & ita quidem sanus esse sibi videtur, ac morbo liberatus. Verum progressu temporis alvum incenditur, eademque illa patitur, & adhuc amplius. Aliqui etiam intumescunt ventre, acrototo, ac facie. Et quidam ab inferna alvo esse putant, cum videant ventrem magnam, & pedes tumidos. Intumescunt etiam haec, si sectionis tempus intrinsecus diari. Accidit hoc Joan. Baptistae Kamundino Bononiensi, Trapezite, viro sexagenario, qui maximam in pulsu inaequalitatem patiebatur, & difficultatem spirandi, inde repente obiit. Dissecto, pulmo aqua plenus, inde thorax, inventi sunt. *Cardan. part. 3. n. 68. de caus. sign. ac loc. morbor.*

ABDOMINIS

Apertione.

In obsidione Hierosolymitana quidam Iudaei auro devorato

rato ad Romanos transfugerant, ne a Zelonis, qui tyrannidem A in urbe exercebant, depraedarentur, Syri milices, cum deprehendissent quemdam transfugerum, ex stercore aurum colligentes, exitimabant omnes auro plenos esse. Itaque una nocte duo millia Judaeorum vitibus aperis auri cupidine peremerunt. *Ioseph. lib. 6. c. 15. belli Iudaici.*

STOMACHI

Indecillitate, Cruditate.

Consule tit. Concoctio facultatis vitio mortui, item, Vomitu mortui.

A. Persius Satyricus 29. aetatis anno perit, ex stomachi vitio. *Euseb. in Chron.*

Clemens VII. diuturno stomachi vitio sublati est, cum vitio rationem suae rebus medio Mathaeo Curtio mutasset jam senex. *Surius in Comment.*

Vulnere.

Tamberlanus Tartarorum Imp. cum exercitum per tinorem Afiam duceret, eique lacrymabunda occurreret mulier, conqueffa ab eius Milite nullo dato proterio lac, parumque caesi sibi crepta esse: statim consistere iussit exercitum, atque inde agmen ordinatum incedere, ut mulieri facultas esset agnoscendi ei, qui vira fecerat. Eo agnito, rex per pedes se praesente aperiri corpus iussit, in cuius stomacho lac, quod mulieri B impuerat, fuit inventum. Eodem supplicio mulierem afflicta, nisi ejus rei, qua se spoliata quaeffa erat, signa fuisset inventa, *Fulgos. lib. 2. c. 2.*

INTESTINORUM

Culice.

Anthiochus Epiphanes, cum Judaeos insolitis cruciatibus exenterasset, iussit De iudicio gravissimis vitcerum doloribus extinctus est. *2. Machab. 5.*

Agrippa Iudaeorum rex anno regni tertio ob superbiam percussus ab Antio, torminum doloribus perit. *Act. 12. Ioseph. lib. 19. c. 7. Antiq.*

Ricimer Suevis direptionis ejus, quae Romanae urbi tertia contigit, diuturnum fructum non tulit: siquidem mox saevissimis corporis doloribus cruciatus excessit e vita, vir is, qui post Valentiniani obitum, tanquam alter Silico, prope in rep imperavit, in illo etiam Silicone felicit, quod non plures Imperatores creavit, quam sustulit. *Sigon. lib. 14. Imp. Oeod.*

Elisabetha, Alberti Imp. & Regis Ungarorum uxor, torminibus obiit, anno Christi 1442. *Cromerus lib. 21.*

Ferdinandus rex Neapolitanorum colico dolore perit, anno 1496. nonis Octob. Neapoli. *Bembus lib. 3. hist. Ven. Iliaco, Volvulo.*

Joram Iudaeorum rex biennio integro tanto dolore torminum cruciatus fuit, ut intestina tandem excreverit. *2. Paralipom. 21.*

Julianus, Juliani Apostatae avunculus qui Antiochie sacri altaris mentiam longo profanaverat, phthisialis correptus, tandem excrementa per os impurum reiciens perit. *Sozomenus lib. 2. cap. 8.*

C. Marius septies consulens Possidonius iliaco morbo consumptum ferib, duos & sexaginta annos natus. *Sab. lib. 3. Ean. 6.*

Corruptione, Ulcere, Dysenteria.

Palastini turpissimum podicis morbo, propter arcam Domini captam, five dysenteria illa fuit (ut Ioseph. lib. 6. Abiq. cap. 1. auditor est) ita ut intestina etiam prutredine corrupta excreverint, five condylomata ani, affecci fuerunt. *1. Reg. 9. 5.*

Xerxes rex post infelicem pugnam ad Salaminem, Mardonio in Theffalia relicto, ad Hellefponum maturabat: & intra quinque, & quadraginta dies ad trajectum pervenit, nullam D prope modum partem copiarum duens. Quae quocumque veniebant, direpsit fructibus vehebantur. Ubi nihil fructuum reperiebant, ipsa herba, nonnulli delibratis corticibus, & stridens frondibus arborum, tam agrestium quam mansuetarum, praefame vehebantur. Quos deinde pestilens excipiens dysenteria magna parte declevit. *Herod. lib. 8.*

RENUM

Calculo.

Vide tit. Calculo mortui. Illic Instrumenti, hic Loci affecti habetur ratio.

Exulceratione.

Selymus Turcarum Imperator apud Ciurium Thraciae pagum, pestilenti circa renes enato ulcere, mortuus est, anno Sal. 1517. cum regnasset annis octo, & adversum Christianos L. B. Thaur. vita Hum. Tom. V.

terra, marique bellum illaturus crederetur: postquam Hythaelem Persarum regem gravissime contulisset, & duobus Sultanis regibus devictis, atque interfectis, Aegyptum, & Syriam imperio adiecit. *Sab. supplem. lib. 9. ex Jovio.*

VESICAE.

ARISTONYMUS Poeta comicus, Ptolemaei Philadelphi tempore, annos natus 77. obiit e stranguria. *Athenaeus in Diphosophistis.*

GREGORIUS XI. qui Avenione relicta Romam transfugit postliminio curiam pontificiam, dum accuratè agit omnia, quae ad Pontificem pertinent, intolerabili vesicae dolore mortuus sui pontificatus anno 7. Christi 1378. *Platina.*

Beatus RHENANUS, cum ex vesica laboraret, & ad balneas Badenenses profectus esset, majore vi morbi oppressus, Argentoratum deportatus, anno Christi 1447. 13. Calend. Junii obiit, aetatis suae 62.

PUDENDORUM

Amputatione.

Judaeus quidam Praga in Boemia an. Christi 1530. qui cum Christiana rem habuerat, dolio picato pro foramen virile pudendum indere iussus, ferrato, & obtulo cultro juxta apposito, cum vi caloris torqueretur, sibi ipsi partes, per quas peccaverat, B amputavit, cumque cruentus fugeret, immixtis atrocissimis canibus lacertatus est.

Ulcere.

Exit. Phthisialis mortuorum huc quaedam, quando illo potissimum partes putredini obnoxiae sunt.

ISABELLA regina Hispaniae mortua est enato in pudendis ulcere saeva serpigine montifero. *Jovius in Consilio.*

UBERTINUS Carrariensis III. dux Patavinorum ex immoediae venere genitalibus exulceratis perit, anno sal. 1345. *Bern. Scaevola lib. 3. classe 11. hist. Pat.*

FRANCISCUS I. Francorum rex ex ulcere circa sedem maligno, quod serpendo ad vesicam penetralia pervadebat, & cuncta humani ingenii remedia respuerat, interit. *Sabell. supplementum lib. 28.*

UTERI.

JOANNIS Alexandri II. Scaotorum regis uxor, Joannis Anglorum regis filia, ex putrefacto jam longo tempore utero, mortua est, nulla relicta sobole. *H. Boeth. lib. 12.*

BRACHII, MANUUM, DIGITORUM

Punctura.

DIONYSIUS junioris filia, postquam is a Dione pulsus esset, & C Loerensibus prostituta, tandem compunctione unguum necata fuerunt, ob summam intemperantiam patris, quam antea Locris exercuerat cum filiabus civium. *Aelian. de Var. hist. lib. 9. 19. Athen. lib. 12. c. 19. & Strabo lib. 6.*

Vulnere.

ANNIBAL, justa Pausaniam in Arcadiis, cum in equum ascenderet, sponte ense nudato digitum laesit: atque inde non multorum Radiorum itinere confecto, cum ejus vulneris inflammationem esset febris consecuta, tertio post die interit.

GRIMALDUS Beneventanorum dux arcum tendens, venam rupit, & qua sanguinem emiserat, nondum cicatrice obdudta, atque ita interit. *Blondus lib. 9.*

CALOJOANNI Imp. Graecorum vitae finem attulit vulnus ex venenata sagitta acceptum inter extremos digitos, dum aprum insectatur in Cilicis finibus, ubi tum bellum gerebat. *Nicasar. Tzorus lib. 1. 5. c. 22. 23. Annum Sal. circiter 1142.*

Amputatione.

Circa annum Christi 1070. ob usurpationem alieni juris tanta inter Henricum IV. Imp. & Gregorium VII. Pont. orta seditio est, ut Pontifex eum Augustali dignitate abdicaret, & H Rodolphus Sueviae dux in ejus locum a Germanis quibusdam principibus sufficeretur. Qui cum ad Elleftrum amnem collatis signis cum Henrico victus esset, abscissa dextera dolo vulneris affectus exclamavit: Spectate cheu, proceres, dexteram, qua fidem sacramento munivit, & Henrico meo domini datam, praeter aequum, & fas temere violavi. *Bonif. lib. 3. Dec. 1.*

Ulcere.

ALPHONSUS II. Neapolitanus rex, veniente in Italiam Carolo VIII. in Siciliam turpiter fugit: & illic manu a pernicioso cancro correpta, vitae simul, & timori finem fecit. *Fulgos. lib. 6. cap. 9.*

Dolore.

Vide Podagra mortui.